E IOhãnes epiſcopus ſeruus ſeruoꝝ dei ad futurã rei memoriã. Ad pacẽ,& exaltatõem eccleſiæ,& tranquillitatem chriſtiani populi prompto corde, & efficaci deſiderio intendentes ea libenter ordinamus,& q̃rimus per quæ hmõi pax,& exaltatio tranquillitatis merito valeat promereri. Dudum ſiqdem felicis recordationis Alexander papa, v. anteceſſor noſter in ſacro Piſano concilio tunc preſidens ex q̃buſdam magnis,& arduis cauſis eundem mouentibus ipſo approbante cõcilio, inter cætera decreuit iterũ generale cõncilium ex tunc ad terminũ per ſe, vel ſucceſſorem ſuũ in loco de q̃ ſibi, vel eidem ſucceſſori videret fore ſolenniter cõuocãdum. Idemq̃ ꝑdeceſſor ea q̃ circa confirmationẽ eccleſiæ expedienda reſtabãt, protunc ſuſpendit, ipſumq̃ concilĩ vſq̃ ad tempus trienniꝫ ꝑfatũ continuandum ſtatuit,& prorogauit. Poſtmodũ vero ipſo Alexandro predeceſſore (ſicut deo placuit) vita functo, nobisq̃ diuinã fauente clementia ad apicẽ ſummi apoſtolatus aſſumptis, dũ tempus trienniꝫ iam aduenerat,& nos per veſtigia eius ꝑdeceſſoris incedere,& ordinationẽ ꝑfatam ab eo in concilio factam (vt præferẽ) puro corde,& recta voluntate adimplere ꝓperaremus, q̃buſdam rationibus tunc expreſſis animum noſtrũ mouentibus cõciliũ hmõi in Romana vrbe q̃ paulo ante de manibus hoſtiũ recuperata præſentiã noſtrã pro cuius conuerſatione plurimũ flagitabat, debito tẽpore conuocauimus, veꝝ qa veniente poſtea tempore conſtituto, prælati & cæteri q hmõi concilio intereſſe debebant nequaq̃ in tanto numero conuenerũt quantũ reꝝ agendaꝝ magnitudo reqrere videbatur, nos per alias prorogationes per nos factas tandẽ cõciliũ ipſum ad menſem Decembris nũc præſentem ſolenniter prorogauimus,& ad celebrandũ ſtatuimus. Locũ aũt infra certũ tempus reliqmus declarandũ, vt interim ſup eo maturius cõſuleremus. Poſt hæc vero infra dictũ tẽpus nondũ elapſum p literas chariſſimi in Chriſto filiĩ nr̃i Sigiſmundi electi in regem Romanoꝝ,& Hũgariæ regis illuſtriſſ. inſtãtiſſime req̃ſiti, vt nõ ꝓperaremus in declaratõe hmõi loci p ro concilio faciendo, ſed tã in declaratõe loci ꝑdicti, quã etiã in tẽpore dicti cõciliĩ celebrandi ſupſedere vellemus, donec ipſe nũcios ſuos ſuper hoc inſtructos ad noſtrã pr̃ntiã deſtinaret. Nos votis eiuſdẽ regis q̃ zelo deuotõis & puritate fidei emanare cõſpiciebamus annuẽtes, aduentũ ꝑfatorum nũcioꝝ qs de venerabiliũ fratrũ nr̃ oꝝ ſanctæ Romanæ eccleſiæ cardinalium,& ꝑlatoꝝ, q Romę ĩ gñali cõſiſtorio ad hoc vocati fuerũt, volũtate, cõſilio,& aſſenſu duxim⁹ expectãdũ. Deinde cũ poſt Romanæ vrbis miſerabilẽ caſum ad nos tũc apud Florentiã exiſtẽtes nuncĩj acceſſiſſent,& ex pte eiuſdẽ regis multa nobis circa materiã ſuggeſſiſſent, eoꝝ auditis relatibus ꝓ pleniori expeditõe dilectos filios noſtros Anthoniũ ſctẽ Ceciliæ preſbyterũ,& Fran. ſctõꝝ Coſme,& Damiani ſctẽ Romanæ eccleſię cardinales cũ plena pt̃ate ſup hmõi electõe loci,& deputatõe tẽporis, ac ſimul cũ eis dilectũ eccleſiæ filiũ noſtrũ nobilẽ viꝝ Manuelẽ Chiſſolareñ. Anlitẽ Cõſtantinopolitanũ ad pr̃ntiã eiuſdẽ regis trãſmiſimus, q ad eũ veniẽtes tãdem de ipſius regis conſilio & aſſenſu ciuitatẽ Cõſtantieñ. ꝓuinciæ Maguntinẽ. ꝓ loco hmõi cõciliĩ celebrãdi cõcorditer elegerũt, ac tẽpore ad initiãdum hmõi cõciliũ ſtatuerũt diẽ primã mẽſis Nouẽbris proximæ vẽturi. Deinde vero nos q ꝓ quibuſdã arduis,& magnis negocijs cũ eodẽ rege iuxta noſtrũ,& ipſius deſideriũ pſonaliter cõueniẽtes certificati ab eo de habilitate,& ſecuritate ciuitatis cõſtantiæ antedictæ, quã ſecuritatẽ ipſe rex ſe pr̃ſtiturꝝ in ipo cõcilio pſonaliter affuturꝝ pollicet, volẽtes & ab intimis cupiẽtes, vt pr̃fata celebratio cõciliĩ ſalubriter impleat,& optatũ cõſequat effectum, hmõi electionẽ loci,& tẽpis, vt ꝑferẽ factã autoritate apoſtolica tenore pr̃ntiũ, de eorũdem fratrꝝ cõſilio & aſſenſu ratificamus, approbamus,& confirmamus, ac ei apoſtolici roboris adĩjcimus firmitatẽ, ꝑfatũq̃ cõciliũ in ciuitate ꝑdicta Cõſtantiẽ. die prima mẽſis Nouẽbris, ꝓxime vẽturi initiandũ,& autore dño exinde celebrãdum eadẽ autoritate,& cõſenſu haꝝ ſerie ſtatuimus, ꝓnunciamus,& decernimus venerabiles fratres noſtros patriarchas, archiepiſcopos, epos & dilectos filios abbates,& cæteros eccleſiaꝝ & monaſterioꝝ ꝑlatos hortãtes,& monẽtes, ac ĩ virtute pr̃titi iuramẽti,& ſctẽ obediẽtiæ eiſdẽ mãdãtes, quatenus pſonaliter, necnõ chariſſimos in Chriſto reges & nobiles viros, pricipes, duces, marchiões,& alios q hmõi cõcilio intereſſe debent vel q ꝓdeſſe poſſunt, quoquomodo p viſcera charitatis dñi noſtri Ieſu Chriſti inuitãtes & exhortantes q̃tenus pro pace eccleſiæ,& oĩm chriſtianoꝝ etiã pſonaliter, vel ſi pſonaliter non poſſunt p ſolẽnes oratores cõgruo tẽpore cõcilio debeãt intereſſe, vt ſic cõgregata fideliũ multitudine copioſa, ea q̃ in eodem concilio agenda incumbũt deo autore,& adiutore ſalubriter ordinent. Nulli ergo oĩno hoĩm liceat hanc paginã noſtræ ratificatiõis, approbatõis, cõfirmationis, ꝓnũciationis,& decreti ĩfringere, vel ei auſu temerario cõtrauenire. Si qs aũt hoc attẽtare præſumpſerit, indignationem oĩpotentis dei,& beatoꝝ Petri,& Pauli apoſtoloꝝ eius ſe nouerit incurſurꝝ. Datũ Lande. v. Idus Decembris pontificatus noſtri anno. v.

F ¶ Subinde cum venerabilibus fratribus noſtris ſanctæ Romanæ eccleſiæ cardinalibus,& noſtra curia ad hãc ciuitatẽ Conſtantieñ. venimus tẽpore cõſtituto,& nũc p dei gratiã hic exiſtentes cũ huius ſacræ ſynodi cõcilio intendimus inſiſtere ad pacẽ exaltationẽ,& reformationẽ eccleſię

& trau-

quillitatē populi Christiani. Et qa in hac re tā ardua non est proprijs viribus aliquid p̄sumendū, sed dei adiutorio confidendū. Ideo à cultu diuino inchoantes hac sacro approbāte concilio, ordinauimus q̄ hac ipsa die spicialis missa ad hæc cōstituta diceret, sicuti per dei grām nūc celebrata est, quā etiā statuimus in hac & in singulis alijs collegiatis ecclesiis secularibus, & regularibus huius ciuitatis semel in hebdomada, videlicet feria. v. hoc sacro cōcilio durāte collegialiter celebrari, & vt eo feruētius huic sacræ celebrationi fideles insistāt, quo ampliori gratiæ munere senserint se refectos, oībus vere p̄ œnitentibus & cōfessis, vc̄ sacerdotibus dictas missas celebrātibus pro singulis missis vnū annū, interessentibus vero. xl. dies de iniunctis eis p̄œnitētijs in dño relaxamus. Ad cuius etiā missæ celebrationē exhortamur venerabiles frēs nr̄os sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinales, necnō patriarchas, archiepōs, epōs, & dilectos filios, Abbates, cæteros q̄ sacerdotes cōstitutos, vt & ipsi ad ip̄etrādū p̄dictū diuinū auxiliū cum deuotōe singulis septimanis p̄dictā missam celebrēt semel, qbus celebrātibus, & celebratōib⁹ interessentibus sīles indulgētias elargimur. Exhortamur etiā in dño oēs & singulos q Christi noīe gloriātur, ut ad obtinendā optatā consummationē tātæ rei diligenter insistāt orationibus, ieiunijs, eleemosynis, & alijs pijs operibus, vt deus ex nostra, & episcopor̄ humilitate placatus, dignetur felicem exitum huic sacræ congregationi concedere.

¶Præterea cōsiderātes q̄ p̄cipuū agendū in cōcilio gñali secundū laudabiles cōsuetudines antiquor̄ concilior̄ esse debet de his q̄ concernunt catholicā fidē, & attendentes q̄ talia propter summā arduitatē exigāt diligentiā, tempus sufficiens, & studiū, exhortamur oēs habentes peritiā sacrar̄ literar̄, vt diligenter secū, & cū alijs illa cogitent, atq; tractent q̄ eis videbūtur ad hāc rē vtilia, & opportuna, & q̄primū cōmode poterūt illa ad nostrā, & hmōi sacræ synodi notitiā perducāt, vt tempore opportuno possint ea determinari q̄ videbūtur tenenda, vel repudiāda pro vtilitate & incremento ipsius catholicæ fidei, & specialiter cōtingentia circa nōnullos errores q à certis tēporibus dicunt in nōnullis partibus pullulasse, & maxime circa illos q ortum dicunt habuisse à quodā Iohāne Vvicleff. Insuper etiā exhortamur oēs catholicos hic congregatos, & alios ad hāc synodū venturos, vt velint diligenter cogitare, & p̄sequi ad nos, & eandē sacrā synodū perducere ea per q̄ possit etiā & cōgregatio catholicorū ad debitā reformationē, & optatā trāquillitatē deo iuuāte pduci. Nostrar̄ nāq; intentiōis & voluntatis est, vt oēs hac de cā congregati cū omnimoda libertate possint dicere, consulere & facere omnia & singula quæ pro præmissis putauerint pertinere. A

¶Vt autē notus sit modus q in huius sacræ synodi processu seruādus est, tā quo ad ea quæ dicenda, & determinānda erunt, q̄ quo ad cōsensum, & gestū, & morē, & cōpositionē, putamus in hoc recurrendū ad obseruātias antiquor̄ patrum quæ maxime colligunt ex canone Tollentani concilij, cuius tenorem duximus hic inserendum. B

¶In loco benedictionis confidentes dñi sacerdotes, nullus debet aut indiscretis vocibus p̄strepere, aut qbuslibet tumultibus p̄turbare, nullus etiā falsis, vanisve risibus, vel (q̄d est deterius) obstinatis disceptatōibus tumultuosas voces effundere. Si qs em̄ (vt ait apl's) putat se religiosum nō refrenās linguā suā, sed seducēs cor suū, huius vana est religio. Cultū em̄ suū iustitia perdit, qñ silētiū iudicij obstrepētiū turbatio cōsundit, dicēte ꝓpheta: Erit em̄ cultus iustitiæ silētiū. Debet ergo quicq̄d aut cōfidentiū cōsultatiōbus agit̄, aut ab accusantiū parte proponit̄ sic mitissima verbor̄ relatiōe proferri, vt nec cōtētiosis vocibus sensus audiētium conturbent, nec iudicij vigorē p̄ tumultu eneruēt. Quicūq; ergo in cōuētu cōcilij hæc q̄ p̄missa sunt violāda crediderit, & contra hoc interdictū, aut tumultu, aut cōtumelijs, vel risibus concilij p̄turbauerit, iuxta legis diuinæ edictū, quo præcipitur, eijce derisorē, & exibit cū eo iurgiū, cū omni dedecore ac confusione abstractus à cōi cœtu recedat, & triū dier̄ excōicationis sententiā ferat. Et qm̄ cōmuniter contingere potest, q̄ aliqui ex confidentibus nō erunt in sedibus debitis collocati, eodem sacro approbante concilio, decreuimus q̄ ex sessione huiusmodi nulli ecclesiæ vel personæ præiudicium generetur. C

¶Deputantur hic ministri & officiales Concilij.

QVia vero ad prosecutionē huiusmodi concilij requirunt certi ministri & officiales, ideo hoc sacro approbāte cōcilio, deputamus infra scriptos, vc̄ dilectos filios Aragonū de Malispinis, loco cuius qa promotus fuit postea ad ecclesiā Elisinā per nationē Italicā fuit electus, & appositus dñs Iacobus Rodim de ianua, Paulū de Iuuenaco, Hermannū de Duerck, Thomā Polceñ. Iohannē de Klempeyo notarios nostros, qui videndi oēs scripturas q̄ in concilio eodē fient curā habeant spēcialem, ita q̄ concorditer, & ordinate fiant sicut decēs est. Et oībus ordinatis in præfato cōcilio se subscribāt, necnō dilectos magistros Anthonium de Iuschis, Angelū de Reate, Iob de Gestis, Et Petrū de Irilia p̄fati cōcilij notarios & scribas q̄ subalternēt notarijs supradictis dilectū filiū nobilē virū Bertholdū de Vrsinis comitem SuaD

uoneñ,& Palatinũ ipſius concilij cuſtodẽ.Dilectos filios magiſtros,Iohannẽ Baſirę literarum apoſtolicarꝫ ſcriptorẽ,Iacobũ de Campis cauſarꝫ palatij noſtri auditorem,Angelum de Stublionibus,cauſarꝫ cameræ apoſtolicæ auditorem,& Petrũ Pauli de Iuſtinopoli canonicũ Rauennateñ.decretorꝫ doctores,Scrutatores votorꝫ,quorꝫ duo ex vna,alij vero ex altera p̃fati concilij parte vota ſcrutenť,& cũ ipſis duo ex eiſdem notarijs,& duo ex ſcribis ſupradictis in votorꝫ ſcrutatione ſemper debent intereſſe.Dilectos filios,magiſtrum Petrum de Ancharano vtriuſqꝫ iuris,Simonẽ de Perufio iuris ciuilis,Raphaelẽ de Fulgoſiis vtriuſqꝫ iuris,& Ardecimũ de Nonaria iuris ciuilis doctores,p̃fati cõcilij aduocatos,necnõ dilectos filios magiſtros Iohannẽ de Scribanis,& Henricũ de Piro dicti cõcilij procuratores & promotores, magiſtrꝫ Gareteñ.de Piſtorio Meñ.potẽti,Bartholo.de Pando,& Michaelẽ Boloſonis ordinatores, ſedere debentiũ in cõcilio ſupradictoe.Lctis itaqꝫ ſchedula & bulla p̃dictis,dñs cardinalis alta voce interrogãs ſciſcitatus eſt,vtrũ oĩa & ſingula in ſupradicta ſchedula cõtenta,ipſi ſynodo placerẽt.Ad cuius interrogationẽ oẽs & ſinguli p̃lati in ſynodo exiſtentes cõcorditer nemine diſcrepante rñderunt,placet.Super quibus oĩbus & ſingulis magiſter Iohannes de Scribanis fieri petijt per prothonotarios ad hoc deputatos publicum & publica inſtrumenta.

¶Seſſio quando dñs noſter papa obtulit ceſſionem ſui papatus.

E ANno ā natiuitate dñi.M.CCCC.XV.indictiõe.viij.pontificatu q̃ ſupra,die vero Martis ſecũda mẽſis Martij fuit celebrata ſeſſio,in q̃ dñs nr̃ celebrauit miſſam in eccleſia maiori de ſpũ ſcto,q̃ celebrata,fuerũt lectæ ſolẽnitates q̃ cõſueuerũt in ſeſſionibus.Demũ dñs nr̃ ſedens in cathedra ante altare,cõuerſus ad conciliũ ibidẽ cõgregatum,legit ſchedulam tenoris ſequentis per dñm Vitalem patriarcham Antiochenum nomine concilij traditam,alta voce ſcilicet incipiendo.

F ¶Ego Iohãnes papa.23.propter quietẽ totius populi Chr̃iani,profiteor,ſpõdeo,promitto, iuro,& voueo deo & eccleſiæ,& huic ſacro cõcilio ſpõte & libere dare pacẽ ipſi eccleſię p viã meæ ſimplicis ceſſionis papatus,& eã facere & adimplere cũ effectu iuxta deliberationẽ p̃ſentis cõcilij,ſi & qñ Petr⁹ de Luna,Bñdictus.xiij.& Angelus Corario,Gregorius.xij.in ſuis obediẽtijs nũcupati papatui quẽ p̃tendunt p ſe vel procuratores ſuos legitimos ſimpliciter cedãt & tũc in q̃cũq; caſu ceſſiõis,vel deceſſus,aut alio in q̃ per meã ceſſionẽ petierit dari vnio eccleſiæ dei ad extirpationẽ p̃ſentis ſchiſmatis.Et dũ legebat illã clauſulã in p̃ſcripta ſchedula,ſpõdeo,,pmitto,voueo& iuro deo,flexit genua verſus altare ponẽdo manus ad pectus,dixit hęc verba.Et ita ,pmitto obſeruare.Quo facto,imperator ſurgẽs de ſua cathedra,regratiatus fuit eidẽ dño nr̃o noĩe cõcilij & ſuo,flectẽdo genua,deponẽdo coronã,& oſculãdo pedẽ eiuſdem dñi nr̃i.Et etiã dñs patriarcha fuit regratiatus eidẽ noĩe concilij.Poſt hęc cantores inceperũt cantare:Te deũ laudamus &c.Et ,pcurator cõcilij Iohãnes de Scribanis petijt nomĩe concilij publicum inſtrumentum à prothonotarijs & notarijs ac ſcribis ſedis apoſtolicæ.

¶Prima ſeſſio poſt miſſam papæ.

G DIe lunæ.xxv.menſis Martij ſupradicti,fuit ſeſſio gñalis,in q̃ p̃ſidebat dñs Petrus cardinalis Cameraceñ.ſcti Griſogoni pbr̃ cardinalis,q dixit officiũ miſſę. Et in q̃ rex Romanorꝫ in habitu ĩperiali fuit cũ ſuis nobilibus ,put decuit regẽ Romanum cui regi aſſiſtebat dñs Frãciſcus cardinalis,Florẽtinus diaconus cardi.ſcti Coſmæ & Damiani,in q̃ q dẽ ſeſſiõe cãtata miſſa de dña nr̃a de annũtiatiõe,factũ fuit officiũ letaniarũ cũ introitu:Exaudi nos dñe,qm̃ benigna &c.& col.pro pace. ¶Subſequẽter dñs cardinalis Florẽtinus iuxta deliberationẽ ſanctę ſynodi ,pnũtiauit certos articulos ſuæ cõſtitutõis ſeruãdos ad ppetuã rei memoriã q̃rꝫ tenores ſequunť. ¶Ad honorẽ,laudẽ & gloriã ſctiſſimę trinitatis p̃ris & filij & ſpũs ſcti,pacẽq; in terris hoĩbus bonę volũtatis diuinitus ,pmiſſã in dei eccleſia cõſequẽdã,hæc ſcta ſynodus ſacrũ gñale cõciliũ Cõſtãtieñ.nũcupata ,p reformatiõe & vnione dictæ eccleſiæ in capite,& in mẽbris fiẽda in ſpũ ſctõ legitime cõgregata decernit,de

¶Et primo,q̃ ipſa ſynodus fuit & eſt rite & iuſte cõuo- (clarat,diffinit,& ordiat, vt ſequit. cata ad hunc locũ ciuitatis Conſtantienſis.Et ſimiliter recte & rite initiata & celebrata.

¶Itẽ,q̃ per receſſum dñi noſtri papæ de hoc loco Cõſtantienſi,vel etiã p receſſum aliorꝫ p̃latorꝫ,ſeu aliorꝫ quorũcunq;,nõ eſt diſſolutũ hoc ſacrũ cõcilium,ſed remanet in ſua integritate & authoritate,etiã ſi quæ ordinationes factæ eſſent in cõtrarium,vel in futurꝫ fierent.

¶Item,iſtud ſacrũ cõciliũ nõ debet diſſolui,neq; diſſoluĩ vſq; ad extirpationẽ p̃ſentis ſchiſmatis,& quouſq; eccleſia ſit reformata in fide,& moribus,& capite & membris.

¶Item,q̃ ipſum ſacrum concilium non transferatur ad alium locum,niſi ex cauſa rationabili,& de conſilio huius concilij deliberanda & concludenda.

¶Item,q̃ prælati & alij q debent intereſſe huic concilio nõ recedant de hoc loco ante finitũ cõciliũ,niſi ex cauſa rationabili examinãda p deputatos ſeu deputandos ab hoc ſacro cõcilio

qua

qua causa examinata,& approbata possunt recedere cũ licentia huius vel illoꝝ q habet vel habent authoritatẽ,& tunc recedens teneat mittere potestatẽ suã aliis remanẽtibus sub pœnis iuris,& aliis p hoc sacrũ cõciliũ indicendis & in cõtrariũ facientes exequẽdis. Sup his aũt articulis lectis & approbatis p cardinales & conciliũ magister Henricus de Piro promotor, & ꝓcurator concilij noĩe totius concilij & imperatoris petijt instrumentum.

¶Quarta sessio in ordine.

A Die sabbati.xxx.& penultima mẽsis Martij supradicti, fuit sessio gñalis in ecclesia cathedrali Cõstãtiẽsi ꝑdicta,& celebrauit missam de spũ sctõ dñs patriarcha Antiochenus, in q̃ sessione fuit Romanoꝝ rex in habitu,& insignijs ad regẽ Romanũ spectantibus,& cardinalis Florentinus pronũtiauit articulos, & cõstitutiões sequẽtes

¶In noĩe sanctæ & indiuiduæ trinitatis, patris & filij & spũs sancti. Amen. Hæc sancta synodus Cõstãtiensis gñale conciliũ faciens pro extirpatione ꝑsentis schismatis & vnione ac reformatione ecclesiæ dei in capite,& in mẽbris fienda ad laudem oĩpotentis dei in spũ sctõ legitime cõgregata ad cõsequendũ facilius, securius, liberius, & vberius vnionẽ,& reformationem ecclesiæ ordinat, disponit, statuit, decernit,& declarat, vt sequitur.

¶Et primo, ꝙ ipsa synodus in spũ sctõ cõgregata legitime generale cõciliũ faciens ecclesiam catholicã militantẽ representans, potestatem à Christo immediate habet, cui quilibet cuiuscunq; status vel dignitatis, etiã si papalis existat, obedire tenet in his q̃ pertinẽt ad extirpationẽ dicti schismatis,& reformationẽ generalem ecclesiæ dei in cãpite & in membris.

¶Itẽ, ꝙ sctiss. dñs nr̃ papa Iohãnes. xxiij. Romanã curiã,& officia publica illius vel illoꝝ officiarios de hac ciuitate Cõstãtien. ad aliũ locũ nõ mutet, aut trãsferat, seu ꝑsonas dictoꝝ officiarioꝝ ad sequẽdũ eũ directe vel indirecte cogat sine deliberatõe,& cõsensu ipsius sanctæ synodi,& hoc q̃ ad illos officiarios vel illa officia, ꝑ q̃ꝝ absentiã cõcilium verisimr̃ dissolueret vel læderet. Et si cõtrariũ fecisset seu faceret in futuꝝ, aut aliq̃s processus seu mãdata cõtra dictos officiarios vel alios q̃scunq; huic cõcilio adhęrẽtes, etiã censuras ecclesiasticas, aut aliãs pœnas quascũq; cõtinentes, vt ipm̃ sequerent, fulminasset, fulminaret seu fulminauerit, totũ sit irritũ & inane, nec in eisdẽ processibus, censuris,& pœnis tanq̃ irritis,& inanibus q̃modolibet obediendũ fore,& ea & eos irritat, quinimò dicti officiarij in dicta ciuitate Cõstã. suis officijs vtãtur,& illa exerceãt libere vt prius, q̃diu ipsa sacra synodus in eadẽ ciuitate celebrabitur.

¶Itẽ, ꝙ oẽs & singulæ translationes ꝓlatoꝝ, necnõ priuationes eorundẽ aut alioꝝ bñficiorũ q̃rumcunq;, cõmendatoꝝ, aut donationũ reuocationes, monitiones, censuræ ecclesiasticę, processus siue acta & gesta gerenda, agẽda & fienda p ꝑfatũ dñm nostroꝝ, aut suos officiarios seu cõmissarios in læsionẽ concilij, seu adhærentiũ eidẽ à tẽpore sui recessus cõtra adhærẽtes huic sacro cõcilio vel existentes in eodẽ, aut ĩ ipsoꝝ ꝓiudiciũ, seu alicuius eorũdẽ qũolibet ipsis inuitis facta aut fiẽda, factę vel facti, faciẽdæ vel faciẽdi ipso iure sint nulla cassa, irrita,& inania, cassę irritę & inanes, ac nullius roboris vel momẽti ex sua autoritate cassat, irritat,& annullat.

¶Item, fuit declaratũ & conclusum, ꝙ de qualibet natione eligantur tres qui cognoscant de causis recedere volentium,& pœnis recedentium sine licentia infligendis.

¶Itẽ, ꝙ pro bono vnionis nõ creent noui cardinales,& ne fraude vel dolo dicant facti dudũ cardinales aliq, declarat sacrũ cõciliũ pro nõ cardinalibus haberi q nõ erũt cardinales publice reputati & tẽti in recessu eiusdẽ dñi nr̃i à ciuitate Cõstãtien. Quibus lectis & approbatis p generalẽ synodũ. Hẽricus de Piro ꝓmotor cõcilij petijt fieri à notarijs cõcilij,& eoꝝ q̃libet ipsius cõcilij noĩe instrumẽtũ,& instrumẽta, ꝓntibus ibidẽ illustribus principibus Friderico Burgrauio Nureburgen. Rodulfo duce Saxonię, comite de Suuartzburg, mgr̃o curię regis Romanoꝝ, comite Bertholdo de Vrsinis, ãbasiatorib⁹ regis Frãcię, Anglię, Polonię, Noruegię, Cypri, necnõ Iohãne de Vice comitibus de Mediolano,& alijs pluribus ĩ multitudine copiosa.

¶Quinta sessio.

B Die sabbati sexta mẽsis Aprilis, anno à natiuitate dñi. M.CCCC.XV. indictõe octaua fuit sessio gñalis in ecclesia cathedrali Cõstãtien. deputata, in q̃ fuit sereniss̃imus Romanoꝝ rex ꝑfatus in veste impiali cũ nobilibus suis ministrãtibus sibi in insignijs. In q̃ sessione inter alios cardinales ibidẽ existẽtes ꝑsidebat cõcilio dñs Iordan⁹ epũs Albanen. Cardinalis de Vrsinis. Et cantabat missa de dña nostra per dñm Raynaldũ archiep̃m Rauen. fuerunt̃q; pronuntiati articuli,& constitutiones sequentes per reuerendiss̃imum dñm Andream electum Posernanien̄sem.

¶In noĩe sanctæ & ĩdiuiduæ trinitatis, pr̃is & filij & spũs sctĩ, Amẽ. Hęc sctã synodus Cõstãtiẽsis gñale cõciliũ faciẽs pro extirpatiõe ipsius schismatis & vnione & reformatiõe ecclesiæ dei ĩ capite & ĩ mẽbris ad laudẽ oĩpotẽtis dei ĩ spũ sctõ legitime cõgregata ad cõsequẽdũ facilius, securius, liberius vnionẽ & reformationẽ eccl̃ię dei, ordinat, diff. decer.& declarat, vt seq̃t

 ¶Et pri-

¶Et primo declarat, ꝙ ipsa in spū sctō legitime cōgregat concilīū generale faciens, & ecclesiā catholicā representās potestatē à Christo immediate habet, cui qlibet cuiuscūq; status vel dignitatis, etiā si papalis existat, obedire tenet in his quę pertinēt ad fidē, & extirpationē dicti schismatis, & reformationē dictæ ecclesiæ in capite & in membris.

¶Secūdo declarat, ꝙ qcūq;, cuiuscūq; cōditōis, status, dignitatis, etiā si papalis, q̄ mādatis, statutis, seu ordinatōib⁹, aut p̄ceptis hui⁹ sacrę synodi, & cuiuscūq; alteri⁹ cōcilij gñalis legitīe cōgregati sup̄ p̄missis seu ad ea ptinētib⁹, factis uel faciēdis obedire cōtumaciter cōtēpserit, nisi respuerit, cōdignę pœnitētię subīciat, & debite puniat, etiā ad alia iuris subsidia, si opus fue-

¶Tertio diffinit & ordinat dicta sctā synodus, ꝙ dñs Iohānes papa. xxiij. (rit, recurrendo. Romanā curiā, & officia publica illius vel illoꝝ officiarios de hac ciuitate Cōstātiē. nō mutet ad aliū locū, seu trāsferat, seu psonas dictoꝝ officioꝝ ad sequēdū eū directe vel indirecte cogat sine deliberatōe & cōsensu ipsius sanctę synodi. Et si cōtrariū fecisset, aut faceret in futuꝝ, aut aliq̄s ꝓcessus seu mādata cōtra dictos officiarios, aut alios q̄scūq; huic sacro cōcilio adhærētes, etiā cēsuras ecclesiasticas, vel alias pœnas q̄scūq; cōtinētes, vt ip̄m sequātur fulminasset, fulminaret, seu fulminauerit, totū id sit irritū & inane, nec eidē ꝓcessibus, cēsuris, & pœnis tāq̄ irritis, & inanibus qūlibet obediēdū fore, qnimò dicti officarij ī dicta ciuit. Cōstāt. suis officijs vtant, & illa exerceāt libere vt prius, q̄diu ipsa sctā synodus in eadē ciuitate celebrabitur

¶Quarto ordinat & diffinit, ꝙ oēs & singulę trāslatōes platoꝝ, necnō priuatiōes eorūdē, aut alioꝝ beneficiatoꝝ officialiū administratoꝝ quarūcūq; cōmendaꝝ, & donationū reuocationes, monitōes cēsuræ ecclesiasticæ, processus, & q̄cūq; acta, gesta, gerēda, agēda, & fiēda p̄ p̄fatū dñm Iohānē papā, aut suos officiarios & cōmissarios ī lesionē dicti cōcilij, seu adhærentiū eidē à tpe inchoatiōis eiusdē cōcilij cōtra adhærētes huic sacro cōcilio, vel existētes in eodē aut in ipsoꝝ, seu alicuius eorūdē ꝓiudiciū qūlibet ipsis inuitis facta, vel fienda, factæ vel facti, faciēdæ vel faciēdi, autoritate huius sacri cōcilij ipso facto sint nulla, cassa, irrita, & inania, cassę, irritę & ianes ac nulli⁹ roboris vel momēti, & eadē autoritate cassat, irritat, & annullat.

¶Quinto declarat, ꝙ dñs Ioh. papa, & oēs plati, & alij ad hoc gñale cōciliū vocati, & alij ī eodē cōcilio existētes ī plenaria lib̄tate fuerūt, & existūt, vt visum ē dicto sacro cōcilio, nec ad notitiā dictoꝝ vocatoꝝ, seu dicti cōcilij cōtrariū deductū est, & hoc testificat dictū sacrū cōciliū

¶Quibus articulis siue cōstitutiōibus lectis dictū cōciliū eos & eas vni- (corā deo & hoīb⁹. formiter approbauit & cōclusit. Super quibus Henricus de Piro promotor & procurator ipsius concilij nomine eiusdem concilij petijt instrumentum.

¶Sessio sexta.

C Die Mercurij. xvij. mēsis Aprilis supradicti, fuit sessio gñalis ī cathedrali ecclesia Cōstātiēsi supradicta celebrata, in q̄ primo iuxta morē & ritū aliaꝝ sessionū fuit celebratū officiū de spū sctō p reuerendū patrē dñm Nicolaū archiep̄m Genezneñ. & cātatę letanię, ac oīones more aliaꝝ sessionū cū euāgelio. Ego sum pastor bonus, in q̄ sessiōe fuit rex Romañ. in insignijs regalibus, cui assistebāt dñi, Iordanus de Vrsinis, & Angelus Lādeñ. epi cardinales. Et eidē sessiōi p̄sidebat tūc reuerēdiss. p̄f dñs Iohānes ep̄s Hostiē. vicecācellarius cardinalis Viuariē. & ascēderūt ambonē, in q̄ publicari solēt cōstitutiones, & alia auisamēta in cōcilio reuerēdi p̄res ep̄s Atrebatē. pro natione Gallica, archiepūs Rigensis pro natione germanica. Lichfeldeñ. epūs pro natione Anglicana, & Abbas Florentinus pro natiōe Italica. Et de mādato cōcilij fuerūt ꝓnūtiati articuli sequētes p dictū dñm Atrebateñ.

¶In noīe sanctę & idiuiduę trinitatis, p̄ris & filij & spūs sctī. Amē. Hæc sctā synodus Cōstāt. gñale cōciliū faciēs, & ecclesiā catholicā rep̄sentās in spū sctō legitime cōgregata ad cōsequendū facilius pacē & vnionē ecclesiæ dei, decernit, declarat, ordinat, statuit, diffinit, vt sequitur.

¶Et primo decernit, & declarat procuratorium super renuntiatione papatus facienda p dominū Iohānem papā. xxiij. per quatuor nationes huius sacri concilij deliberatum, & ordinatum eē bonum, vtile & expediens pro vnione sanctæ matris ecclesiæ.

¶Item decernit & declarat, ꝙ dñs Iohānes papa. xxiij. tenetur dare & facere dictū procuratorium ad cedēdum papatui pro bono vnionis, & pacis ecclesiæ iuxta formā schedulæ p ip̄m oblatæ, cuius procuratorij tenor sequitur in hunc modum.

¶Procuratorium dandum per papam Iohannem. xxiij. decretum per concilium.

¶Iohānes ep̄s seruus seruoꝝ dei. Pridē ad laudē oīpotētis dei, pacē & q̄tē toti⁹ populi Christiani, vnitatis q̄ ecclesię cōsummationē, ac extirpationē p̄sentis schismatis gñali Cōstāt. ap-ꝓbāte cōcilio, viā cessiōis papat⁹ libere obtulim⁹, illāq; p nos fiēdā cū effectu, ꝓmissōie, voto & iuramēto firmauim⁹, sicuti ī q̄dā schedula p nos ī sacro cōcilio lecta lati⁹ cōtinet, & est talis

¶Ego Iohānes papa. 23. ꝓpter q̄tem totius populi Chr̄iani ꝓfiteor, spōdeo, & ꝓmitto, voueo, & iuro deo & ecclesiæ, ac huic sacro concilio sponte & libere dare pacem ipsi ecclesiæ

per viā

per viã meæ simplicis cessionis papatus,& eã facere,& adimplere cũ effectu iuxta deliberatio nem pñtis cõcilij.Si & qñ Petrus de luna,Benedictus.xiij.& Angelus Corrario Gregorius.xij in suis obediẽtijs nũcupati,papatui quẽ ꝓtendunt p se,vel ꝓcuratores suos legitimos cedãt,& etiã in quocũq; casu cessionis vel decessus,aut alio in quo p meã cessionẽ poterit dari vnio Ec cleſiæ dei cũ extirpatõe pñtis schismatis,ne ãt ꝓuentus tãti boni qbusuis sortis humanæ casi-bus impediri valeat,aut mõ ꝙlibet retractari,sed expeditę desideratũ ꝓducat effectũ, qd' desi derioꝝ nostroꝝ maximũ est,ad dictã cessionẽ & renuntiationẽ faciendã in omni casu,in di-cta schedula ꝓfatæ obligatõis nr̃ę comp̃henso,ꝓcuratores nr̃os,& nuntios speciales in plena-ria libertate & securitate cõstituti,spõte & ex nr̃a mera liberalitate cõstituimus & ordinamus tales & tales,& ex ipsis quoslibet duos,ipsisq; ex eis qbuslibet duobus cedendi & renuntiadi nr̃o nomine,& ꝓ nobis papatui concedimus omnimodã authoritatẽ,facultatẽ,& ptãtem,ita qd' occupãtis conditio melior non exist̃at,nec p occupationẽ aliorꝝ ptãs impediat̃. Sed duo quicunq; ex dictis ꝓcuratoribus constitutis siue alijs contradicẽtibus,ignorãtibus,& irrequi-sitis,& corã nobis pñtibus & cessionẽ psonaliter facere volentibus,vel qd̃ p alios quã per nos renuntiatio fieret quomodolibet contradicẽtibus vti eodẽ ꝓcuratorio possint,valeãt,& de-beãt ipsius renuntiatõis actũ expedire,paciscẽtes & extunc contrahẽtes pacto,& contractu ir reuocabilibus cũ sctã vñ ecclesia.Et hoc sacroConstã.cõcilio ipsam vñem ecclesiã repsentãte.
¶Promittentes,vouẽtes,& iurãtes deo & ecclesiæ & dicto sacro concilio quod nunq̃ dictos ꝓcuratores,aut eorꝝ aliquem,& ptãtem illis modo p̃misso concessam ex quauis occasione,& causa orta vel oritura etiã in iure exp̃ssa,& ꝓpter quã causam vel causas constitutus ꝓcurator reuocaẽ tacite vel exp̃sse reuocari potest vel possit,directe vel indirecte reuocabimus,nec ip̃m ꝓcuratorium rõne formæ,aut psonarꝝ constituendarꝝ vel constitutarꝝ impugnabimus,nec contra ipsum ꝓcuratorium,aut psonas cõstitutas in eodẽ quoquo modo de iure vel de facto in iudicio,vel extra excipiemus,q̃dq; nõ diximus,aut fecimus,nec dicemus,aut faciemus ĩ futu-rꝝ,vel impediemus directe vel indirecte,q̃ minus dicti ꝓcuratores ptãte sibi data in eodem ꝓcuratorio iuxta eius tenorẽ libere vti possint & valeãt,renuntiãtes expresse omnibus excep-tionibus & iuribus quę nobis competere possent de iure vel de facto in pñti vel in futuro cir ca reuocationẽ,annullationẽ,inualidationẽ ꝓcuratorij & ꝓcuratoriorꝝ hmõi,q̃s quidẽ excep-tiones,& iura,nolumus in hac parte aliqualiter nobis suffragari,& hmõi constitutionem & formam procuratorij,necnon renuntiationem p duos ex eis vt p̃mittit̃ fiendã valere volu-mus,& statuimus non obstañ.qbuscunq; excommunicationis,suspensionis,& alijs inhabili-tudinis sentẽtijs à iure,à nobis,vel alio quocunq; in eos,vel eorꝝ aliquem q̃cunq; authoritate vel causa ꝓmulgatis,seu ꝓmulgãdis.qbus forsan nunc vel tpe cessionis,& renũtiatiõis hmõi, seu interim procuratores huiusmodi,seu aliqui eorundem sunt,vel erunt legati,quos & quorꝝ quẽlibet ad huiusmodi procuratorium incipiendum,& p̃dictã renuntiationẽ faciendã absol-uimus,& habilitamus p pñtes,non obstãtibus etiã alijs contrarijs qbuscunq;,volẽtes qd̃ renũ-tiatio huiusmodi p eos fienda,pinde valeat,ac si cessionem huiusmodi psonaliter fecissemus. Supplẽtes etiã de plenitudine apostolicæ ptãtis omnes defectus in hac nostra constitutione procuratorꝝ,si qui interuenerunt,ita quod huiusmodi procuratores p quascunq; clausulas etiã contra naturã constitutionis procuratorꝝ in ea exp̃ssas ipsi & eius effectui nociuas,aut inutiles seu in ipso vtiles & necessarias non exp̃ssas,sed deficientes cuiuscunq; tenoris vel effectus ex-istunt,nequeat quoquo modo impugnari,sed firmũ & validum in oñibus,& p oñia existat, ac si in ea clausulæ necessariæ vel vtiles existerẽt expressæ. Quod qdẽ procuratoriũ quo ad to talẽ eius effectum firmũ,& validum volumus remanere.Quodq; ad clausulas hmõi obseruã-das quæ essent contra naturã constitutõis procuratorꝝ,si quæ eẽnt appositæ,nos ex certa sc̃a omni via & modo qbus melius possumus,promittimus,iuramus,& obligamus deo & eccl'iæ ac dicto cõcilio declarãtes,& statuẽtes ex supabũdãti ipsa iura inq̃ntũ volũt,concedunt,aut fa uẽt ꝓcuratorẽ vel procuratores ex certis causis,vel alias reuocari posse,vel irreuocabiliter nõ constituti ea q̃ntũ ad casum prædictũ expresse,& ex certa nr̃a sc̃a cum hic agat̃ de statu vñis ec cleſię,& pace,ac publica vtilitate totius Chr̃ianitatis volumus locum non̄ habere,nec præ iu-dicium aliquod afferre.Nec nos p præmissam procuratorij constitutionẽ ab obligatõe,q̃ fui-mus obstricti ad renuntiationẽ papatus facere iuxta deliberationẽ dicti sacri cõcilij in q̃cunq; casu in dicta schedula obligatõis nr̃æ comprehẽso volumus quomodolibet liberari,quinimò illum in suis ĩtegritate,robore,& firmitate pſistere,& permanere,quousq; per cessionẽ vel de-cessionẽ hmõi,aut aliũ casum quẽcũq; in prædicta schedula nr̃æ obligatõis cõprehẽsum vnio perfecta fuerit in Eccl'ia sctã dei.Et si quouis modo contingeret hmõi procuratoriũ, aut pro-curatores reuocare etiã cum adiectioue harꝝ dictionum,videlicet de fratrum nostroꝝ sanctæ Romanæ ecclesiæ ç̃cardinalium consilio,& assensu,seu ip̃m ꝓcuratoriũ, seu ꝓcuratores ipsos

inualidare, impugnare, aut annullare situ cõtra ipm ꝓcuratoriũ, vel ꝓcuratores de iure vel de facto, & exq̃uis cã vel occasiõe excipere, seu ipsos ꝓcuratores directe vel indirecte q̃minus iuxta tenorẽ ipsius ꝓcuratorij ptãte, autoritate, & facultate sibi data libere vti valeãt, possint & debeãt impedire in oĩbus & singulis casibus p̃dictis exnũc ꝓut ipsi papatui cedimus, & renũtiamus ipso facto, & deinceps ꝓ nõ papa haberi ab oĩbus Chr̃i fidelibus volumus penit⁹ & decernimus, absoluẽtes exnũc à iuramẽto fidelitatis & obediẽtię debito ligamine oẽs & singulos dictæ Romanæ ecclesiæ cardinales, necnõ pr̃iarchas, archiep̃os, ep̃os, p̃latos nr̃os, & sedis aplicæ officiales, ac etiã nr̃os familiares, & officiarios Ro. curiã, & q̃scũq; alios eccl̃iæ fideles ecclĩasticos, & seculares cuiuscũq; stat⁹, grad⁹, vel cõditõis existãt, ac etiã totũ populũ Chr̃ianũ, q̃s etiã tenore p̃ntium absoluimus, & vltra prę̃missa ꝓmittimus habere ratũ & gratũ quicqd p̃ dictos ꝓcuratores, aut eor̃ duos actum, gestũ, factũve fuerit in præmissis, seu aliquo præmissor̃ firmiter habitur̃ sine aliqua contradictione. Datum, &c.

¶Qd̃ papa constituat in procuratorio personas infrascriptas.

A ¶Itẽ decernit, ordinat, diffinit, & declarat qd̃ dictus Dñs Iohãnes papa in dicto ꝓcuratorio ad dictã suã renuntiationẽ faciendã præter alios quos constituere velit, constituat procuratores suos p̃sonas infrascriptas. Et primo, pro natione Gallicana, dños Theobaldum archiep̃m Bisuntinum, Guillermũ ep̃m Ebroicensem, Iohãnem ep̃m Gebeneñ. magistrum Benedictum Gentiã magistrum in theologia ordinis sc̃ti Benedicti, ꝓ natione Italica, Pileum archiep̃m Ianuen̄. Antoniũ ep̃m Concordiensem, Iacobum ep̃m Adriensem, & Iacobum ep̃m Taruisinũ, pro natione Anglica. Nicolaum ep̃m Bathomensem, Robertum epũm Saristeriensem, Iohãnem epũm Lichfeldensem, Thomã abbatem sanctæ Mariæ extra muros Eboracensis ordinis sancti Benedicti, pro natiõe Germanica, Iohãnem archiepũm Rigensem, Iohãnem epũm Luthaniensem, Petrum epũm Repensem, Andreã electũ Posernaniensem omnes constituat vel saltem de qualibet natione duos.

¶Conciliũ deputat legatos ad requirẽdum papã super procuratorio faciendo.

B ¶Itẽ deputat dicta sc̃tã synodus, ac constituit, & ordinat ex pte huius sacri concilij legatos infrascriptos de dñis Cardinalibus, reuerendũ patrẽ dñm sc̃ti Marci, & Florentinũ Cardinales, ꝓ natione Gallicana, Theobaldũ epũm Carcassonensem, Iohãnem datã in theologia, Iacobũ de Sars in medicina magistros, ꝓ natõe Italica, Epũm Febren. abbatẽ S. Mariæ de Florẽtia, ꝓ natõe Germanica, Conradũ abbatẽ Pinganiensem, Lãbertũ de stipite decretor̃ doctores ordinis S. Benedicti, ꝓ natõe Anglica. Thomã Polthensem, ꝓtonotariũ sedis apostolicæ, Bernardũ de plũhea decretor̃ doctorẽ ordinis S. Benedicti ad dictũ dñm papã. xxiij. ad petendũ & requirendũ ex pte dicti concilij, ꝙ constituat ꝓcuratores ad resignãdum papatui infra duos dies, post q̃ fuerit requisitus, & ꝓcuratoriũ ad dictã renuntiationẽ faciendã faciat, & expediat ꝓ bono vnionis, & pacis Ecclesiæ sub data forma & bulla.

¶Quod prælati prædicti requirãt papã quod veniat ad concilium.

C ¶Itẽ decernit, & ordinat, ꝙ dicti legati ipm Iohãnẽ papã exhortent, ac requirãt ex parte sacri dicti cõcilij vt veniat ad hãc ciuitatẽ Constãtiã. siue ad villã Vlmę, aut ad villã Rauẽspurg, vel ad ciuitatẽ Basiliẽsem ad tractãdũ & p̃ficiẽdũ per eã quãtũ in eo oĩa & singula q̃ expedire videbũtur ꝓ vnione, & reformatõe ecclesiæ per hoc sacrum concilium deliberata, & deliberãda.

¶Quod dicti legati portent papæ securitates debitas.

D ¶Item ꝙ dicti legati securitates debitas ex parte huius sacri concilij, & sereniss̃imi p̃ncipis domini regis Romanor̃ ipsi dño Iohãni papæ portent, & cum effectu realiter illi offerãt, atq; tradant casu quo iuxta præmissa ad alter̃ dictis locis cum effectu accedat.

E ¶Itẽ ꝙ dictus dñs Iohãnes papa ꝓmittat & iuret vnũ de p̃dictis locis eligere intra duos dies post requisitionẽ sup hoc eidẽ faciendã cõputãdos, & infra decẽ ãtpe dictæ requisitiõis ad dictum locũ p eũ eligendũ accedere, & abinde nõ discedere sine cõsensu dicti concilij, vel quousq; p̃missa fuerint cũ effectu adimpleta. Et in casu quo oppositũ faceret recedẽdo sine cõsensu dicti cõcilij, vel p̃missa nõ adimplẽdo, extũc prout exnũc cõsentiat p bullã haberi ꝓ nõ papa, &c. cũ clausulis opportunis. Et si nõ cõsentiat tũc ꝓpter hæc & multa alia ꝓcedat cõtra eũ tanq̃ cõtra oẽs fautores huius schismatis & suspectũ hęreticę prauitatis vt fuerit iuris & rõnis.

¶Quod supsedeat à ꝓcessu contra papã donec habeat responsio.

F ¶Itẽ ꝙ pendẽtibus istis supsedeat de citatione & ꝓcessu contra eum faciendo donec sup præmissis habeat eius respõsio: dũmodo saluus conductus ducis Austriæ in forma petita infra horam sessionis diei craſtinæ quæ erit Iouis. xviij. p̃sentis mensis Aprilis ꝓ dictis legatis & cardinalibus mittẽdis habeat. Et si nõ habeat infra dictũ terminũ, decernat citatoriũ p æ dictum, & alias ꝓcedat contrã dictum dominum Iohanem papam vt fuerit rationis.

¶Si papa adimpleuerit præmissa cessabitur à citatione.

¶Item

¶Item q̄d in casu q̄ dictus dñs Iohānes papa ꝓ bono pacis & vnionis Ecclesię p̄missa adimple A
uerit cū effectu, & dictū sacrū concilium sup eisdē contētauerit, cessabit à citatōe & processu, &
agetur secum de securitate & ꝓuisione status eius cū omni charitate & honestate.

¶Quod dñs Vicecācellarius signet supplicatōes consistoriales partibus auditis.

¶Itē decernit, diffinit, & ordinat dicta sc̄ta synodus, q̄ dñs Cardinalis Hostien. sanctę Roma B
næ eccl̄æ vicecācellarius supplicatōes cōsistoriales de iustitia ptib⁹ auditis & alias vt in talib⁹
in publico cōsistorio ē fieri solitū signet & expediat, qd' si nō fecerit, ꝓcedat cōtra eū vt fuerit

¶Dantur commissarij contra Iohannem Hus. (rōnis.

¶Item q̄ in materia fidei contra Iohānem Hus, authoritate huius sacri concilij procedāt ar- C
chiepūs Ragusinus, pro natōe Italica. Pro natōe germanica epūs Flebbien. Magister Vrsinus
Taluenda, pro natōe gallicana, Magister Guillermus comes, pro natōe anglicana, in sacra pa-
gina magistri causam dicti Iohannis Hus, & suor̄ sequacium examinādo, & in illa procedēn-
do vsq; ad diffinitiuam sententiam inclusiue.

¶Commissarij prædicti recipiant relationem dominorum Cardinalium.

¶Item q̄ p̄dicti commissarij recipiāt relationem dñor̄ Cardinalium Cameracen. sancti Mar D
ci & Florentin. de processu facto sup condemnatōe librōr̄ & articulor̄ tam. xlv. in Parisien.
& Pragen, quā etiā ducentor̄ sexaginta in Oxonien. studijs facta, necnon sup condemnatiōe
memoriæ Iohānis Vvycleff, ac confirmāda sententia lata in concilio Roma. super condemna
tione & combustione librōr̄ p̄dicti Iohānis Vvycleff, & relationē super p̄missis faciāt natiōi
bus & huic sacro concilio quàm citius commode illam facere poterunt.

¶Decernitur citatio contra Hieronymum.

¶Item decernit dcta sc̄ta synodus citationē contra Hieronymū de Praga, de hæresi infamatū E
quod q̄; dicta citatio contra eum exequatur in forma quæ sequitur.

SAcrosc̄ta synodus gn̄ale cōciliū Const̄a. faciēs in spū sc̄tō fideliter cōgregata vl'em Ec- F
clesiā militātem rep̄sentās, Hieronymū de Praga, q̄ se magistrū in artibus quàm pluri-
mor̄ studior̄ fore scribit. & p̄tendit q̄ recta sunt ad sobrietatē, & nō amplius sapere q̄
oportet. Scriptū quoddā tanq̄ ex tui p̄sona affixum in portis Eccl'iæ ciuitatis Const̄a.
alias die dñica q̄ cātabat in ecclesia dei. Quasi modo geniti, ad nostrā notitiā noueris ꝓuenisse
in quo tuis obtrectatoribus crimina erroris & hæresis tibi obiciētibus te asseris publice respō
sur̄, de q̄bus apud nos multipl'r infamatus existis, & p̄sertim de doctrīa Iohānis Vvycleff, nec-
nō alijs doctrinis catholicę fidei obuiātibus, dūmodo ad veniēdū tibi saluus & securus cōduct⁹
p̄beat. Et q̄a nr̄m p̄cipalius interest capere vulpeculas vineā dñi Sabaoth conātes demoliri,
idcirco p̄sonā tuā tanq̄ de multor̄ error̄ doctrīa temeraria assertōe suspectā & multipliciter
diffamatā euocamus & citamus p̄sentiū sub tenore, q̄tenus infra terminū q̄ndecim dier̄ à da-
ta p̄ntiū cōputādor̄, quor̄. xv. dier̄ q̄nq; ꝓ primo, q̄nq; ꝓ scdo, & reliq̄s q̄nq; dies ꝓ tertio,
& peremptorio termino, ac monitōe canonica tibi p̄figimus, & assignamus in publica sessiōe
huius sacri cōcilij, si ipso die sessio fuerit celebrata, alias prima die seq̄nti q̄ sessionē eē cōtigerit
cōpareas scd̄m tenorē p̄dicti tui scripti rn̄surus ad ea q̄ tibi aliqs, vl'aliq in cā fidei voluerit ob-
jicere recepturus, & facturus in oībus iustitiæ cōplementū, ad q̄d à violētia, iustitia semp salua
oēm saluū cōductū nr̄m q̄ntū in nobis est, & fides exigit orthodoxa p̄sentiū tenore offerim⁹
& etiā plenius assignamus, certificātes qd' siue in dicto termino cōpareas, siue nō, nihilomin⁹
cōtra te p ipm sacrū cōciliū, vel eius cōmissarios, vel cōmissariū lapso termino supradicto ꝓce
def tua contumacia in aliquo nō obstāte. Datū Const̄atiæ in sessione cōcilij generalis. xvij. die
mensis aprilis sub sigillis p̄sidentium quatuor nationum.

¶Contra famosos libellantes.

ITē inhibet hec sancta synodus oībus cuiuscunq; status, gradus, dignitatis, vel conditio- G
nis existant, ne libellos famosos per se, vel per aliū, seu alios faciant cōtra quēcunq; in hac
ciuitate Cōstantiensi existentē sub pena excōmunicationis, quā monitione canonica p-
missa cōtra faciētes contrariū fert in his scriptis, etiā sub pena carceris q̄q; cōtra tales q̄ in
p̄missis culpabiles seu infamati repientur ꝓcedat authoritate hui⁹ sacri cōcilij vt fuerit rōnis.

¶Conciliū decernit lr̄as missiuas p mundū informatorias de gestis synodalibus.

ITem decernit sc̄ta synodus literas missiuas ad dños, reges, principes, & vniuersitates per na H
tiones huius sacri concilij ordinatas & ordinādas, quàm citius fieri poterit fore mittendas
sub sigillis quatuor prælatorum, quatuor nationum præsidentium.

¶Post quor̄ articulor̄ publicationē fuit petitū per dictos dños Atrebatē, & alios sibi assistē- I
tes an placerēt. Et fuit respōsum p oēs, nemine discrepāte, placet approbādo. Et ꝓmotor cō-
cilij petijt instrumēta fieri. Dñs vero vicecācellarius q̄ntū ad articulū eum contingentē rn̄dit,
quod vellet signare commissiones de iustitia, sed non quæ contra ius scriptum.

¶Sessio

¶Sessio Septima.

K ANno à natiuitate dñi, M CCCC. XV. indictiõe. viij. Et dñi nostri Iohãnis diuina ꝓuidentia papæ. xxiiij. die Iouis secũdo, mẽsis Maij, fuit sessio generalis in Ecclesia Constãtiensi supradicta ad hoc deputata mane hora tertiaꝝ, in q̃ fuit sereniſſimus princeps Sigiſmundus rex Roma. & Hũgariæ &c. cũ suis ĩsignijs regalibꝫ & nobilibus in p̃dictis sibi seruiẽtibus. Et in q̃ præsidebat reuerẽdiſſimus pr̃ dñs Iohãnes eps Hostiẽn. cardinalis Viuarien sis, fuit cãtata missa de spũ sct̃o per reuerẽdum pr̃em dñm Iohãnem archiep̃m Ragusinum q̃ cãtata legebãtur letaniæ, &c. more aliaꝝ sessionum. Quibus siquidẽ pactis procedẽdo ad vlteriora reuerẽdi pr̃es Pileus archiep̃us Ianuẽsis ad legẽdum & publicãdum q̃ legẽda & publicãda erãt, ad approbãda ea ꝓ conciliũ. Ad approbãdum vero eadem, Iohãnes pr̃iarcha Antiochenus, pro natõe gallicana. Antonius ep̃us Concordẽsis, pro natõe Italica, Iohãnes archiep̃us Rigensis, pro natione germanica. Guillermus abbas sanctæ Mariæ extra muros Eboraci, pro natione Anglicana, deputati per q̃tuor nationes ascẽderunt Ambonẽ, & Henricus de Piro Promotor concilij petijt decerni, & concedi p ipsam synodũ citationẽ contra Iohãnẽ papã, & eius fautores &c. Et vlterius eidẽ Iohãni papæ ad comparẽdũ, & alijs comparere volẽtibus p eãdem synodum, & illustriſſimum Romanoꝝ regẽ ibidẽ p̃sentẽ saluũ cõductum concedi. Quibus concessis verbo p totã synodum, & Romanoꝝ regẽ dictus reuerendiſſimus pater dñs Pileus archiep̃us Ianuen. legebat citationẽ decretã contra Iohãnem papã, & suos seq̃ces, ac receptatores huiusmodi sub tenore.

¶Tenor citationis contra Iohannem papam. xxiij.

L SAcroſctã Constã. synodus generale cõciliũ faciẽs, & Eccleſiã catholicã repſentãs, ĩ spũ sancto legitime congregata, vniuersis Chr̃i fidelibus vnionẽ, & pacẽ Eccleſiæ, ac gaudium sempiternum. Pridem post clandestinum receſſum dñi Iohãnis papæ. xxiij. ab hac ciuitate Constãtien. & hoc sacro generali concilio Constantien. vnionis & pacis Eccleſiæ turbatiuum & impeditiuum, ipsam Eccleſiã scãdalizãtem per nonnullos prælatos, & alios nobiles viros ad eum huius ex parte sacri concilij legatos trãmiſſos, eundẽ requiri, ac ſummari fecimus cum debita inſtãtia, quatenus ad ipsum sacrum concilium, & ad hãc ciuitatem Constãtien. rediret, ea quæ pertinebãt ad extirpationem præsentis schiſmatis & reformationem Eccleſiæ in capite, & in mẽbris faciendã impleturus, & cum effectu facturus sicut promiserat, vouerat, iurauerat, & in suis literis sup conuocatione dicti concilij conceſſis se facturum publicauerat, & cum id facere nolletfacto non redeundo, & ad loca magis longinqua fugiendo oñderet, fuimus p venerabiles viros magiſtros Henricũ de Piro licẽtiatũ ĩ decretis, & Iohãnem de Scribanis, de placẽtia causaꝝ & negotioꝝ huius sacri concilij promotores, & procuratores inſtãter requiſiti, quatenus ipsum dñm Iohãnem papã. xxiij. criminibus hæreſis fautoriæ huius præsentis schiſmatis symoniæ mala adminiſtratione, & notoria dilapidatiõe bonoꝝ, & iurium Romanæ Eccleſiæ, & aliaꝝ Eccleſiaꝝ, & alijs criminibus grauibus nedũ infamatum sed illis notoriæ in scãdalũ vl̃s Eccleſiæ irretitum & in suis actibus, & opibus vita ac moribus notoriæ eccleſiã dei scãdalizãtibus incorrigibilem, q sic vt p̃mittit clãdestine de nocte hora ſuſpecta, & habitu trãsformato, à dictis ciuitate & concilio generali fugit, & receſſit: gregẽ dñicũ vt mercẽnarius deſerẽs, gñalẽq̃ reformationẽ eccl̃ie, & hæreſum extirpationẽ p sacrum concilium in capite, & in mẽbris faciendã euitare cupiens, ad redeundum & reuertẽdum ad ciuitatẽ Constãtien. & hoc sacrum conciliũ generale debite cõpellere, & etiã ad hoc per æ dictum publicum in valuis Eccleſiaꝝ, & alioꝝ locoꝝ (vt eſt moris) affigẽdum citare & euocare perſonaliter, citationẽq̃ ſuper hoc in forma iuris decretã contra eum, & eius fautores receptatores. & ſequaces decernere & concedere, interdicta sibi ex nunc omni alienatiõe, & alias & ſuper p̃miſſis contra eos, ꝓcedere dignaremur, prout requirunt Canonicę cõſtitutões Nos ãt cõſiderãtes petitionẽ hmõi, rõnabilẽ, iuſtã, & iuri conſonã, indemnitati Eccl̃iæ vniuerſalis & animaꝝ periculis præuidere volẽtes, & nulli in exhibẽdo iuſtitiã deficere, ſicuti nec debemus, intendẽtes in cauſa & cauſis & negotio hmõi rite & mature procedere, ac dãte dño iuſtitiã miniſtrare tenemur inquiſitõe ſuper infamia prius per nos diligenti præhabita, conſiderantesq̃ quod ad locum ad quem idem dñs Iohãnes papa fic diſcedendo, imò verius fugiendo contumaciter acceſſit, & reſidere dr̃ de præſenti eiusq̃ domicilium ſiue hoſpitium pro hmõi citatione exequẽda minime tute adiri poſſe, nec ad eum ſeu propinquiorem locum quam ad hãc ciuitatem Constãtien. haberi poſſit tutus acceſſus, authoritate Chriſti Eccleſiæ p̃fatę veri ſponſi q̃ fungimur in hac parte per hoc p̃ſens publicum ędictum in ſeſſione publica dicti ſacri concilij, necnon in audientia publica literaꝝ contradictaꝝ more Romañ. curiæ ſolito legendum, ac valuis ſeu portis loci audiẽtiæ cauſaꝝ palatij ap̃lica, necnõ palatij apoſtolici, ſiue domus ep̃alis Constãtien. vbi dictus dñs Iohannes papa dum in præſenti ciuitate Constãtienſi habita

tius populi Christiani, vt electio futuri Roma. & summi põtificis ꝓxime celebrãda firmiori autoritate, & pluriũ roborẽ assensu, & ne attento statu ecclesiæ sup dicta electiõe in posterũ vlla retractio, vllusve scrupulus in mentibus hoĩm resideat, sed ex illa sequat vnio certa, vera, plenissima, & pfecta fideliũ, sacrosctã synodus Cõstañ. cõi vtilitate pensata, de speciali & expresso cõsensu, & voluntate cõcordi sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinaliũ in eadẽ synodo psonaliter existentiũ, & collegij eorũdem ac oĩm nationũ p̃sentis cõcilij ordinat, statuit, & decernit, ꝙ hac vice dũtaxat ad eligendũ Romañ. & summũ põtificẽ vnà cũ cardinalibus sex prælati, vel aliæ honorabiles psonæ ecclesiasticæ in sacris ordinibus cõstitutę de q̃libet natõe in eadem synodo ꝓ tũc existentes, ꝙs seu q̃s q̃libet ipaꝝ nationũ ꝓ se ad hoc ifra decẽ dies duxerit eligẽdas ipsis cardinalibꝫ adiũgant. Quibus oĩbus eadẽ synodus eligendi Ro. põtificem scdm formã hic exp̃ssam, q̃tenus opus est tribuit ptãtem, vcꝫ ꝙ ille absq; vlla exceptõe ab vĺi eccl'ia Romana põtifex habeat q à duabus ptibus cardinaliũ in cõclaui existentiũ, & à cuiuslibet natiõis duabus ptibus eisdẽ cardinalibus adiũgendoꝝ, & tũc adiũctoꝝ electus fuerit & receptus ꝙ ꝙ nõ valeat electio, nec electus, ꝓ summo põtifice habeat, nisi duæ partes cũ cardinalibꝫ ad eligendũ adiũgendoꝝ, & tũc adiũctoꝝ cõsentiãt, & cõsenserint in Ro. põtificem eligendũ. Statuit insup, ordinat, & decernit ꝙ vota q̃rũcũq; in electõe hmõi emittenda sint nulla, nisi vt p̃mittit, duæ partes cardinaliũ, & duæ partes cuiuslibet natiõis adiũgendoꝝ, & nũc adiũctoꝝ p̃dictoꝝ p̃sentialiter, seu p accessionẽ in vnũ cõcurrãt. Hoc etiã adiecto, ꝙ p̃lati & alij cũ cardinalibus ipsis ad electionẽ hmõi adiũgendi, & tũc adiũcti oẽs & singulas cõstitutões apostolicas, etiã pœnales circa electiõem Ro. põtificis æditas, atq; cõsuetudies obseruari cõsuetas quẽ admodũ ipsi cardinales obseruare teneant, & ad illoꝝ obseruãtiã astringant. Teneant insuper iurare, & iurent dicti electores, & cardinales, & alij anteq̃ ad electõem ꝓcedãt, ꝙ in hmõi electiõis negotio attendãt, qd eis ĩminebit cũ de creatiõe agit vicarij Iesu Chri successoris beati Petri vniuersalis rectoris ecclesię gregis dñici directoris puris & synceris mẽtibus, & q̃tũ credãt publicę vtilitati vlis ecclesię ꝓficere oĩ cuiuscũq; natiõis psonæ vel alio ĩordinato affectu odio, gra, vel fauore abiectis ꝓcedent, vt eoꝝ ministerio de vtili & idoneo vniuersali ecclesię pastore ꝓuideat. Ordinat ĩsup, statuit, & decernit eadẽ sctã synodus, ꝙ ĩfra decem dies exnũc cõtinue nũerandos, ꝙs decem dies oĩbus & singulis sanctę Ro. ecclesię cardinalibus p̃sentibus, & absentibus, & cæteris electoribus supradictis attenta Roma. ecclesiæ notoria vocatõe ad ĩtrãdũ cõclaue ĩ hac ciuitate Cõstañ. in maiori domo cõitatis eiusdem ciuitatis ad hoc iã ordinata p̃figit, & assignat, p̃fati electores cardinales, & alij supradicti intrent ip̃m cõclaue ad electionem hmõi celebrãdã, cæteraq; faciendũ, obseruadum & ꝓsequendũ, quemadmodum in cæteris p̃ter p̃missa de cardinalibus, & alijs in electione Ro. pontificis iura statuunt, & decernunt, q̃ oĩa præmissis obseruatis, vult eadem sctã synodus in suo robore permanere. Hanc aũt formã, & hunc modũ electionis approbat, ordinat, statuit, ac decernit pro hac vice, & ad omnem scrupulũ submouendũ eadem sctã synodus omnes & singulos in eadem synodo p̃sentes & venturos q eidem synodo adhærebunt ad omnes actus legitimos in eadem synodo agendos actiue & passiue, q̃tenus opus est habilitat, & habiles esse declarat, cęteris eiusdem concilij decretis sp saluis, supplens oẽs defectus, si q forsan iteruenerint ĩ p̃missis apostolicis, etiã & gñalibus cõcilijs æditis & alijs cõstitutionibus non obstãtibus quibuscunq;.

¶ Quibus decretis sic lectis, dñs Hostiensis huiusmodi sessionis præsidens ipsius synodi nomine respondit, placet.

¶Sessio Quadragesimaprima.

C DIE Lunæ octaua mensis Nouembris, Anno à nativitate dñi. M.CCCC.XVII, indictione decima fuit tenta sessio gñalis in maiori ecclesia Cõstañ. Pro cuius sessiõis introductione, Reuerendissimus pr̃ dñs Guillermus tituli sancti Marci sanctæ Romanæ ecclesiæ presbyter Cardinalis missam de spũ sancto, serenissimo principe dño Sigismundo Romañ. rege cũ insignijs regalibus interueniente, deuotæ celebrauit. Et missa finita dominus Iacobus epũs Laudeñ. solennem fecit sermonẽ ad synodũ assumens ꝑ themate. Eligite meliorem. Reuerendissimus vero pater dominus Iohannes epũs Hostiensis sanctæ Romanæ ecclesiæ Cardinalis huic sessioni præsedit. Letanijs igit̃ lectis alijsq; in sessionibus legi solitis cum euangelio secundum Iohannem. Si diligitis me, mandata mea seruate, dominus Petrus de Lomburga, licenciatus in decretis stans in ambone solito quandam constitutionem felicis recordationis Clementis papæ sexti, & alia quæ sequunt, legit huiusmodi sub tenore.

¶Constitutio Clementis papæ sexti sup modo & forma tenendis sup victualibus Cardinaliũ in conclaui existentium.

D ¶Clemens epũs seruus seruoꝝ dei ad ꝑpetuam rei memoriã. Licet à cõstitutione à fe.re. Gregorio papa decimo prædecessore nr̃o sup electione Romani põtificis ẽdita in cõcilio Lugdunẽ si inter cætera caueat expresse, q; si eũdem põtificem in ciuitate, in qua cũ sua curia residebit diẽ claudere cõtingat extremũ Cardinales in palatio, in q̃ idẽ pontifex habitabat oẽs cõueniant, & in eo singuli singulis tantũmodo nisi illi qbus ex patenti necessitate duo ꝑmittunt̃ haberi cõtẽti seruientibus clericis, vel laicis, ꝑut elegerint, vnũ cõclaue nullo intermedio pariete, vel alio velamine ĩhabitẽt ĩ cõi. Et q; dieb⁹ certis nõ facta, ꝑuisiõe de pastore decursis, panis, vinũ, & aqua tm̃ eisdẽ Cardinalibus donec subsequẽter ꝑuisio ministret. qa tñ sicut frequẽti multoꝝ assertiõe, & in cardinalatu cõstitutoꝝ ꝓcepimus, nõnulli ex cardinalibus in obseruatõe cõstitutõis ipsius gra uati alias nimiũ extiterũt, multiq; ex ipsis duos in cõclaui ꝑdicto habuerit, seruiẽtes nõ absq; scrupulo cõscientiæ ꝓpter ambiguitatẽ dictoꝝ verboꝝ videlicet qbus ex patẽti necessitate duo ꝑmittunt̃ haberi in dicta cõstitutione, vt ꝑmittit cõtentoꝝ, nos ꝑuide sup his cupiẽtes ex his, & certis alijs causis rõnabilibus q̃ nostꝝ ad id animũ induxerũt rigorẽ cõstitutionis ipsius, & etiam ad fratrũ nostroꝝ supplicationẽ in his ꝑuidimus tẽperandũ autoritate apostolica statuentes, q; Cardinales postquã cõclaue hmõi, seu clausurã pro dicti celebrãda electione intrauerint singuli duos seruiẽtes tantũ clericos vel laicos, ꝑut duxerint eligẽdos, ac etiã singulis prꝛter panẽ, vinũ, & aquã in prãdio, & in cœna, dũtaxat vnũ ferculũ seu missum carniũ vnius speciei tantũmodo, aut pisciũ, seu ouoꝝ cũ vno potagio de piscibus, vel carnibus principaliter nõ cõfectis, & decentibus salsamẽtis habere valeãt vltra carnes salitas, & herbas crudas, ac caseũ, fructus siue electuaria, ex qbus tñ nullũ specialiter ferculũ cõficiat̃ nisi ad condimentũ fieret, vel saporẽ, nullus vero eoꝝ de alterius ferculo vesci possit. Liceat etiã eis ex decẽtia honestatis hr̃e in clausura hmõi cũ in lectis causa qescendi, vel dormiẽdi eẽ voluerint dũtaxat intermedia, seu velamina simplicium tantũmodo cortinaꝝ ꝑdicta, & felicis recordatõis Clemẽtis papæ qnti prędecessoris nr̃i, & alijs cõstitutionibus apostolicis cõtrarijs qbus p hoc in alijs derogare nolumus, nõ obstañ. qbuscũq; Nulli ergo oĩno liceat hãc paginã nr̃æ cõstitutõis, & volũtatis ifringere, vel ei ausu temerario cõtraire. Si qs aũt hoc attẽtare ꝑsumpserit, indignationẽ oĩpotẽtis dei, & btõꝝ Petri, & Pauli apostoloꝝ eius se nouerit incursurũꝝ. Datũ Auiniõe octaua Idus Decẽbris. põtificatus nr̃i. Anno. x.

¶Capitula iuranda p electores Romani pontificis, & custodes conclauis.

E ¶Ista sunt q̃ cardinales, & alij electores Ro. põtificis in cõsilio gñali Cõstañ. obseruare, & custodes iurare & facere obseruari tenẽtur, & ad q̃ nõ vltra cõpelli possint p custodes cõclauis.

F ¶Primo, q; infra decẽ dies à die iam lati p concilĩ decreti intrent conclaue, videlicet hodie die Lunæ octaua mẽsis Nouembris, infra occasum solis.

G ¶Secũdo, q; qlibet non habeat vltra duos seruiẽtes clericos vel laicos quos duxerit eligẽdos, & similiter permittant̃ duos habere per constitutionem Clemẽtis sexti, licet in constitutione vbi maius non liceret habere duos nisi ex patenti necessitate.

H ¶Tertio, q; in cõclaui simul inhabitẽt nullo medio pariete, vel alio velamine nisi quãdo dormiẽt vel qescent, & tunc licet habere intermedia, seu velamina duntaxat simplicium cortinaꝝ, quæ cortinæ concedunt̃ per dictam constitutionem Clemẽtis. vi.

I ¶Quarto, ita claudat̃ conclaue reseruato aditu ad secretã camerã, q; nullus postq̃ inclusi fuerint intrare valeãt, vel exire, nullus ad eosdẽ electores aditus pateat, vel facultas secrete loq̃ndi aliquẽ cũ eis, nec ipi aliq̃s ad se veniẽtes admittãt, nisi de cõsensu oĩm aliq; ꝑ his q̃ ad electionẽ ptinent

K ¶Quinto, q; nulli liceat ad ipsos electores nunciũ, vel scripturã mittere. (vocarentur.

L ¶Sexto, q; in ipso conclaui cõpetens sit fenestra p quam electoribus & seruitoribus vitæ necessaria ministrent̃, p quam tamen nulli patere possit accessus.

¶Septi

¶Septimo, q̃ ī singulis diebus postq̃ cõclaue intrauerint, p̃ter panẽ, vinũ, & aquã in prandio A
vnũ dũtaxat ferculũ carniũ vnius spẽi tm̃, aut pisciũ, seu ouoꝝ cũ vno potagio de piscibus seu
carnibus pricipaliter nõ cõfectis, & decentibus salsamentis hr̃e valeãt vltra carnes salitas, &
herbas crudas, ac caseũ, fructus, seu electuaria, ex q̃bus nullũ specialiter ferculũ cõficiat̃, nisi ad
cõdimẽtũ fieret vel ad saporẽ. Et in istis cibis restringit̃, p Clementẽ sextũ cõstitutio, vbi ma-
ius pro tribus primis diebus q̃bus nulla ciboꝝ erat limitatio, & pro sequentibus moderatur.
¶Octauo, q̃ est de mẽte cõstitutõis vbi maius p Clemẽtinã, ne Romañ. q̃ nullus intrare cõ- B
pellitur conclaue, nisi omnes recusarent, quia tunc cogendi sunt.
¶Nono, q̃ volẽtib⁹ exire, p̃mittit̃, sed si oẽs exirẽt papa nõ electo, reĩtrare cõpellãt̃, nisi q̃s ex C
cusat ifirmitas, sed q sine cã ifirmitatis exiuerit, ãplius nõ admittit̃, nisi oẽs, vt p̃mittit̃, exirẽt.
¶Decimo, q̃ exiẽs pro cã infirmitatis, ac etiã absentes si superuixerint re integra, videlicet an D
teq̃ de papa fit prouisum, admittãtur in conclaui in statu in quo erit electio.
¶Custodes cõclauis iurẽt q̃ p̃missa oĩa sine fraude & dolo ĩuiolabiliꝝ faciãt obseruari, neq; car E
dinales, & alios electores vltra p̃missa coartabũt, nec pmittẽt aut aliq̃tenus sinẽt p alios coar-
tari. Item, q̃ eadem die omnes custodes, & maxime qui addentur vltra illos q̃bus de iure cõ-
petit nominari, deputentur per concilium, vt iurent præmissa.

¶Item videt̃ q̃ si dominus rex est præsens, debeat pro suæ maiestatis reuerentia ab
eodem sedente in sede sua, per dominos cardinales recipi iuramentum.

¶Nomina iurandorum.

¶Fridericus marchio Brãdẽburgeñ. Guillermus comes de Hẽnẽberg. Philippus mgr̃ Hordi. F
Bronorus de Lasala. Dñs Veroneñ. miles. Iohãnes Raymũdi. Floch comes de Cardona. Fer-
dinãdus Petri de Ayala miles de Castella. Martinus Ferdinãdi miles. Raymũdus Ayirmar mi
les. Bertholdus comes de Vrsinis. Gũtherus comes de Schuartzburg. Ludouic⁹ co. de Oetig.
Hũbertus de Sabaudia bastardus miles. Hugo comes de Haughẽberg. Saucius miles. Stanissa⁹
miles, ãbasiatores regis Poloniæ. Quibus oĩbus sic lectis, venerabilis & egregius vir dñs Petr⁹
Clãtinger decretoꝝ doctor, oĩbus & singulis p̃sonis supradictis p̃ntibus, & ĩtelligẽtibus alta
voce capitula supradicta p eos iurãda de verbo ad verbũ ĩ teutonico sermõe ad ĩtellectũ expo
suit. Quibus capitulis sic ad ĩtellectũ expositis, duo ex reuerẽdiss. dñis cardinalibus, put ordi-
natũ fuerat, ad sereniss. pricipẽ dñm Sigismũdũ Roma. regẽ, in sede sua regia existẽtẽ vnà cũ li
bro euãgelioꝝ, & cruce sct̃a accesserũt. Ipse q̃ dñs Sigismũdus Ro. rex, tactis cruce & euãge-
lio p̃dictis ĩ manibus dictoꝝ dñoꝝ cardinaliũ p̃dicta capitula obseruare iurauit. Quo iuramẽ
to p̃stito, oẽs & singuli p̃dicti figillatim ad pedes dicti dñi p̃sidẽtis accesserũt. Ibiq̃ tactis cor-
poraliter, & cruce & euãgelijs in manibus eiusdẽ p̃sidẽtis, vt p̃missit̃, dicta capitula firmi-
ter obseruare iurauerũt. Deinde reuerẽdus p̃ dñs Anthonius eps Concordiẽsis, Ludouicus
de palude, abbas Treuorchiẽsis, p collegio cardinaliũ, Pãdolfus, pthonotarius de Albiano, p
Italia, Theobaldus archieps Bisuntiñ., p Gallicana, Nicolaus eps Merseburgeñ., p germanica
Petrus eps Oloreñ. pro Anglicana, Decanus Segobieñ. pro Hispanica natõibus, pro custodia
conclauis deputati, in manibus dicti p̃sidẽtis, tactis cruce & euãgelijs prædictis, vt p̃missi-
titur, iurauerunt. Quibus iuramentis sic, vt p̃missit̃, præstitis & receptis, reuerendus p̃ dñs
Bartholomæus archiepiscopus Mediolanensis legit sequens decretum sub his verbis.

¶Decretum de electoribus Romani pontificis pro hac vice.

¶Sacrosct̃a gn̄alis synodus Cõst̃a. exequẽdo eiusdẽ synodi ordinationẽ decretũ & statutum G
nup ædita sup mõ & forma electõis hac vice Ro. põtificis, ad eligẽdũ eadẽ vice Roma. põtificẽ
adiũgit reuerẽdissimis ĩ Chr̃o p̃ribus S. Roma. eccleſiæ cardinalibus ex eoꝝ volũtate & cõsen
su exp̃ssis venerabiles p̃res Iohãnẽ p̃iarchã Cõst̃inopolitanũ, Iohannẽ Rigeñ. germanicæ,
Guillermũ Bituriceñ. Gallicanæ, Nicolaũ Gineznẽsẽ germanicæ, Bartholomæũ Mediolaneñ.
Italicæ, Iacobũ Turoneñ. Gallicanæ archiep̃os, Ricardũ Lõdonieñ. Nicolaũ Batonieñ. Angli-
canæ, Didacũ Cõcheñ, Iohãnẽ Paceñ. Hispanicæ, Iohãnẽ Gebẽneñ. Gallicanæ, Frãciscũ Melsi-
eñ. Hẽricũ Feltreñ. Italicæ, Nicolaũ Aqueneñ. Hispanicæ, Simonẽ Trahurieñ. germanicæ, Iohã
nẽ Lipfherdeñ. Iohãnẽ Norneiteñ. Anglicanæ epõs, ac dilectos eccleſiæ filios, Iacobũ Pẽneñ.
electũ Italicæ, Robertũ Cluniaceñ. Gallicanæ, Thomã S. Mariæ Eboraceñ. Anglicanæ, Mona
steriorꝝ abbates, Leonardũ gn̄alẽ ordinis p̃dicatorꝝ sacræ paginæ Italicæ, Thomã decanũ Ebo
racẽsem sedis ap̃licæ notariũ Anglicanæ, Pãthulphũ de Malatestis archidiaconũ Bononieñ.
Italicæ, Vualterꝝ Grassi priorẽ Rhodi decretoꝝ Gallicanæ, Philippũ de Madalici archidiaco-
nũ p̃nitẽtiariũ in eccleſia Barchinonẽsi sacræ paginæ Hispanicæ, Lãbertũ de stipite priorem
Berkenyo decretoꝝ, Vualaschũ Petri vtriusq; iuris Hispanicæ, Nicolaũ de Dinkeserpuhel, Cõ
radũ de Susato sacræ paginæ doctores germanicæ nationũ p̃dictarꝝ in eadẽ synodo existẽtiũ,
& nominatoꝝ, & per easdẽ nationes quemlibet per se ad hoc electoꝝ, præfatis q̃ sic, vt præ-

mittit electis & adiunctis eligendi cū ipsis Cardinalibus de eorꝫ volūtate,& consensu expressis Roma.& summū pontificē secundū formā ordinationis & decreti p̄missorꝫ tribuit potestatem Supplens oēm defectū si qs forsan in electione prædictorꝫ adiunctorꝫ interuenerit.

¶Quo decreto lecto idē dñs Bartholomeus archiepūs Mediolanensis cōtinuauit sub his verbis

¶Decretū de non spoliando,eligendū in papā.

H ¶Sacrosctā gn̄alis synodus Constā.ad ppetuā rei memoriā. Oīs etas ab adolescentia sua prona est ad malū ad id p̄sertim ad q̄d cupiditatis & auaritiæ stimulus incitat, fiūt aūt & factæ sunt leges vt eaꝫ metu hūana refrenet audacia,tutaq; fit inter īprobos innocentia,& refrenet licentia nocēdiq; facultas. Dū itaq; nonnūq̄ eueniſſe cōperimus q; electo Ro.pontifice nonnulli sub ptextu cuiusdā abusiue licentie res & bona fic electi q̄si culmen diuitiarꝫ adeptifalso ptendentes occupāti concedi,nedū illius fic electi,imò aliq̄ nonnullorꝫ q̄s electos esse mendaciter confingūt dolmos,res & bona illorꝫ,necnon & aliq̄ bona Cardinaliū aut electorꝫ Ro. pontificis, & aliorꝫ in loco cōclauis existentiū etiā violenter inuadūt,recipiūt,occupāt,& trāsportant lucrifacta existi mātes,ex q̄bus si p̄mitterent plura pericula,scādala,rapinæ,furta,& nonnūq̄ homicidia sequerē tur. Nos igit tā sceleratę temeritatis & audaciæ viā p̄cludere & hmōi piculis & scandalis obuiare volentes præfatū dānantes sceleratū abusum,talia fieri hoc edicto ꝓhibemus,statuētes q; q̄cūq; cuiuscūq; status aut conditionis existat cōtra hoc p̄sumpserit attentare,aut ad hoc auxiliū,consiliū,vel fauorē p̄bere præter pœnas q̄s in violentos raptores, occupatores, hmōi iura at apostolicæ & īpiales cōstitutōes statuūt, eoipso excōicationis sn̄iam īcurrat, à q̄ nisi p istā sanctā synodū aut futurꝫ Roma.pontificē p̄terq̄ in mortis articulo,& facta satisfactione,absolui neq̄at,& oī officio ,bñficio priuilegijs,ac dignitate ecclesiastica & mūdana, feudisq; & rebus alijs si quæ aut q̄s in Romana,vel alijs ecclesiis obtinebit,si priuatus & intestabilis actiue,& passiue existat. Ciuitas vero q̄ in p̄missis culpabilis fuerit ecclesiastico subiaceat interdicto ,huic adijciētes sanctioni vt dñi tēporales,rectoresq; & officiales ciuitatis vel loci vbi electionem Ro.pontificis cōtigerit celebrari illa īminēte p̄missa fieri sub grauioribꝰ pœnis publice & realiter ꝓhibeāt,& ꝓhibitōem diligēter faciāt obseruari cęteris cōstitutōibus circa talia q̄ditis īsuo robore duraturis

¶Decretū annullatōis, ꝓtestationū,cōuentionū,necnō suspensionis cāꝫ & audientiæ litium

I ¶Sacrosctā gn̄alis synodus Constā.vt purius,syncerius & liberius,ad electionē Ro.pōtificis ꝓxime celebrandā,pcedat, oēs & singulas ꝓtestationes q̄ puritati,synceritati,libertati & efficacie electōis hmōi obuiare,necnō cōuentōes,pactiōes,ꝓmissiōes, obligatōes,iuramēta cōdita & intendimenta circa materiā electiōi hmōi fctās & facta,fiēdas & fiēda, ex abūdāti dānat,reprobat & annullat,execrat ꝓut etiā de iure sunt nulla,mādās sub obtestatōe diuini iudicij,& sub excōicationis pœna quā in cōtrariū faciētes vult & statuit eoipso īcurrere,& p̄cipiēs ne qs(si q s forsitā talia fecerit)illis vtat,aut illas vel illa obseruet,cū plus deo placeāt taliū trāsgressores ,q̄ obseruatores,illosq; ab illorꝫ & illarꝫ obseruatōe absoluit & liberat ac liberos & absolutos esse declarat.

K ¶Præterea vt ad tā necessariū & salubre electionis negociū attentius procedat, audientiam & oīm causarꝫ & litiū exercitiū in eadem sancta synodo & illius autoritate constitutā & constitutum,præter audientiā curiæ cameræ apostolicæ vsq; ad assumptionem Romani pontificis incluſiue suspendit & prohibet,irritū decernens & inane q̄quid in contrariū fuerit attentatū

¶Quibus decretis ac oīmibus & singulis,vt præmittit lectis & peractis dñs p̄sidens totius concilij nomine per verbū placet,respondit.

L ¶Deinde vero de mādato sacræ synodi idem reuerendissimus dñs p̄sidens voluit habere decretū de securitate p̄tis ciuitatis Cōstātiæ,alias statutū & ordinatū ꝓlecto & repetito īeadē sessiōe

¶Introitus conclauis.

M ¶Eadē die hora tertia vel q̄si post meridiē reuerēdissimi reuerēdiq; patres & dñi sanctæ Ro.ecclesiæ Cardinales patriarcha Cōstantinopolitanus, archiepi,abbates venerabilesq; dñi, priores decani archidiaconi,doctores, cæteriq; electores p̄dicti dñi cōmunitatis ciuitatis Constātiensis pro conclaui paratā pro electione Romani pontificis celebrāda more solito intrauerunt.

¶Electio papæ.

N ¶Die Iouis in festo sancti pōtificis Martini eiusdē vndecima supradicti mēsis Nouēbris, reuerendissimi reuerēdiq; patres & dñi sanctæ Ro.ecclesiæ Cardinales,patriarcha,archiepi,epi,abbates alijq; electores p̄dicti in cōclaui p̄dicto existētes reuerēdissimū in Christo patrem & dñm dñm Odonē de Colūna sancti Gregorij ad velū aureū ,diaconū Cardinalē de Colūna vulgariter nūcupatū natōe Romañ. cōcorditer in Romanū pōtificē elegerūt,q Martinus papa v. noiari voluit. Et sic p serenissimū & inuictissimū principē dñm Sigismundū Ro.regē, vna cū sctā synodo apd̄ p̄dictā ecclesiā maiorē huius ciuitatis Constā.maximis cū solemnitatibus & lætitia fuit intronisatus.

¶Coronatio papæ.

O ¶Pontificatus sanctissimi in Christo patris,& dñi, dñi nostri Martini diuina ꝓuidentia papæ quinti.

quinti Anno primo, die dñica vigesimaprima supradicti mensis Nouēbris. Idem sctissimus dñs noster more solito & in coronatōibus Romañ. pōtificū hactenus obseruari consueto, fuit apud ecclesiā Constañ. honorifice coronatus, & demū p dños sacro sanctæ Ro. ecclesiæ Cardinales, pñarchas, archiepos, epos, abbates, aliosq; prælatos, ambasiatores, & Ro. curiæ officiales, in sancta synodo pdicta pñtes, necnō illustrissimū principē dñm Sigismundū Romañ, regē &c. à dextero & illustrissimū principē dñm Fridericū marchionē Brandeburgeñ. sacri Romani iperij archicamerariū & electorem à sinistro lateribus eiusdē dñi papę dextros p equi frenū in q̄ sedebat vnà cū populosa multitudine ꝓcessionaliter ab ecclesia Constā. prædicta vsq; ad monasterium scti Augustini conductus, & p circuitū ad Constā. ecclesiā pdictā fuit solemnissime reductus.

¶Sessio quadragesimasecunda.

ANno dñi M.CCCC. decimoseptimo. Indictione vndecima, die vero Martis vigesimaoctaua mensis Decembris, pontificatus sanctissimi in Chro patris & dñi nostri domini Martini diuina prouidentia papæ v. Anno primo, fuit sessio gñalis in ecclesia maiori Constātiæ sanctissimo dño nostro papa prædicto psonaliter pñte ibidem & præsidente. In q̄ reuerendissimus pater dñs Antonius epūs Concordiensis missam de sanctis innocentibus deuote celebrauit. Qua celebrata reuēdissimus pater dñs Guillermus tituli scti Marci sanctæ Romanæ ecclesiæ presbyter, Cardinalis de mādato sanctissimi dñi nostri ac sanctæ synodi prædictoꝝ in ambone solito stans quandam Bullā infrascripti tenoris publicæ legit. A

¶Bulla deliberationis factæ domino imperatori de custodia olim Iohānis vigesimi papæ tertij & traditione domino nostro papæ factis. B

¶Martinus epūs seruus seruoꝝ dei charissimo in Chro filio Sigismūdo regi Roma. illustri salutem & apostolicā bñdictionem, Dudū pñs gñale cōciliū Constañ. psonā Balthazaris cossa olim Iohānis papę. xxiij. in sua obedientia nūcupati post illius à papatu p diffinitiuā sniam eiusdē cōcilij canonicā depositionem per eādem sententiā ad standū & morandū in aliq̄ bono & honesto loco sub custodia tuta nomine dicti sacri concilij quā diu eidem sacro concilio ꝓ bono vnionis ecclesiæ dei videret cōdemnauit, quem hucusq; fideliter & diligenter tā per te quā dilectum filiū nobilem virū Ludouicum ducem Bauariæ, & comitem Palatinū rheni tuo nomine sub fida & tuta custodia honeste & debite tanḡ vnionis & pacis zelator deuotus conseruasti.

¶Cū aūt nuper nos & nonnullos nationū in eodem concilio existentiū deputatos instāter & sæpe requisiueris, quatenus persona dicti Balthazaris prædictā de tua custodia recipere teq; & eūdem ducem de eiusdem Balthazaris prædicta custodia liberare & exonerare vellemus. C

¶Nos attendentes quantis laboribus & studijs, pacē & vnionem ecclesiæ oñipotentis dei nostri fueris ꝓsecutus, satisq; esse q; tu onus dictæ custodiæ iā p bienniū & pœnæ per sex menses laborioſe (q̄d ꝓ magno habemus bñficio) subijsti, dolentes te ac eūdem ducē & iustū est ab oñi onere liberare eodē sacro approbāte concilio, decernimus & ordinamus psonā eādem dicti Balthazaris nobis aut deputādis à nobis fore tradendā & assignandā, decernētes & declarātes ac volentes eodē sacro approbāte cōcilio p traditionē & assignationē hmōi deputandis à nobis per te aut dictū ducem vel aliū, seu alios tuo noīe faciendū, eoipso q; illos fieri cōtinget te & ducē eundem ab oñi onere debito, & obligatōe dictæ custodiæ & alias occasione illius contractus apud nos, & idem sacrū concilium ac ecclesiā vniuersalē esse ac perpetuo remanere liberos solutos penitus & immunes. Si qs aūt hāc paginā decreti ordinationis & volūtatis nostræ infringere ꝓsumpserit, aut ei ausu temerario cōtraire, idignationē oīpotētis dei & btōꝝ Petri & Pauli aplōꝝ eius se nouerit incursuꝝ. Datū Cōstā. in cōcilio gñali sexto Caleñ. Ianua. pōtificatus nri Anno prio.

¶Quo decreto lecto dñs Iohannes epūs Hostiensis sanctæ Romanæ ecclesiæ Cardinalis & vicecancellarius totius synodi nomine per verbū placet, respondit.

¶Sessio quadragesimatertia.

ANno & indictōe qbus supra die vero Lunæ, vndecima mensis Martij, pōtificatus sanctissimi in Chro patris & dñi nostri Martini diuina ꝓuidentia papæ v. Anno primo Cōstantiæ in ecclesia maiori, fuit tēta & celebrata ipsius sacro sanctæ & vniuersalis synodi Cōstātien. sessio publica, sanctissimo dño nostro papa pdicto pfidēte, pro cuius sessionis introductione reuerēdissimus pater dñs Guillermus tituli sancti Marci sanctæ Romanæ ecclesiæ Carinalis missam de spū sancto celebrauit. Et iuxta ritū solitū letanijs & alijs debitis orationibus lectis idē reuerēdissimus pr̄ dñs Guillermus Cardinalis nonnulla decreta siue sta tuta per dñm nostrū papā ac synodū eosdem facta publicæ perlegit sub his verbis. D

¶De exemptionibus.

¶Martinus epūs seruus seruoꝝ dei, Attendentes q; à tēpore obitus Felicis recordatōis Gregorij papæ vndecimi, prędecessoris, nōnulli Romani pōtifices, aut ꝓ Romañ. pōtificibus se gerentes & in suis diuersis obediētijs reputati ꝓ sua volūtate, aut per importunitatem petentium nō- E

nullas Ecclesias, monasteria, capitula, conuētus, prioratus, bñficia, loca, & psonas à iurisdictōibus ordinarioꝝ tpe dicti Gregorij, nullaten⁹ exēptos vel exēpta de nouo à dictoꝝ ordinariorū iurisdictōibus exemerunt in graue ipsoꝝ ordinarioꝝ piudiciū, nos volētes hmōi piudicio obuiare oēs exemptōes Ecclesiaꝝ cathedraliū, monasterioꝝ, capituloꝝ, conuētuū, prioratuū bñficioꝝ, locoꝝ, psonaꝝ, quaꝝcūq; etiā si ex pdictis aliqd' monasteriū fuit exēptū, & postea subiectū monasterio diuersi habitus, vel coloꝝ à tpe obitus dicti Gregorij. xi. p quoscunq; p Romanis pōtificibus se gerētes, etiā si p nos forsan approbatę fuerint ex certa scīa vel īnouata parte nō vocata de nouo factas, q̄ tñ añ exēptionē hmōi nulla exemptōe gaudebāt, sed simplr subiēciebāt ordīarię iurisdictōi, nullūq; añ illud tps habuerī initiū exēptis, etiā exēptōib⁹ q̄ vni toti ordini, & q̄ Eccl'ijs, monasterijs, capitulis, cōuētibus, bñficijs, siue locis à prædicto tpe sub mō exemptōis, aut cōditōe feudatis, aut contēplatōe nouæ feudatiōis, seu vniuersitatibus studioꝝ gñaliū, aut collegijs scholariū, aut p modū cōfirmatōis augmēti, aut additōis factę fuerīt aut cōcessæ, aut sup qbus pñtibus & auditis, quoꝝ intereat authoritate cōpetēte ordinatū fuit, seu in qbus ordinarij cōsenserint & oēs exēptōes ppetuas inferiores à papa factas, sacro approbāte cōcilio reuocamus, etiā si sup ipsis lis pēdeat indecisa ipam penitus extinguētes Ecclesias monasteria, & alia loca p̄dicta in pristinā ordinarioꝝ iurisdictionē reducimus. Cæteꝝ āt exēptōibus añ obitū dicti Gregorij habitis vel cōcessis nullū volumus p hoc piudiciū gñari. Insup nō intēdimus exemptōes de cętero facere, nisi cā cognita & vocatis quoꝝ interest.

¶De Vnionibus.

F ¶Martin⁹ eps seru⁹ seruoꝝ dei. Vniōes & īcorporatōes à tpe obitus Grego. xi. factas, seu concessas cū certa regl'a dari nō possit ad q̄relas eoꝝ q̄ꝝ itereſt, nisi fuerīt īpetrātes bñficia sic vnita, si nō exrōnabilib⁹ causis, & veris factis fuerīt, licet aplicę sedis authoritas interuenerit reuocabimus iustitia mediante.

¶De fructibus percipiēdis.

G ¶Martin⁹ &c. fructus & puētus Ecclesiaꝝ, monasterioꝝ, bñficioꝝ vacatōis tpe obuenientes iuris & cōsuetudinis vel priuilegij dispositōi relinqmus, illosq; nobis vel aplicę cameræ prohibemus applicari.

¶De Symonia.

H ¶Martin⁹ &c. multæ cōtra symoniacā prauitatē ab olim factæ sunt cōstitutōes, qbus morbus ille nō potuit cōpetēter extirpari, nos volētes de cętero vt possum⁹ attētius puidere sacro approbāte cōcilio declaram⁹ q̄ ordinati symoniacę ab executōe suoꝝ ordinū sint eoipso suspēsi. Electōes āt postulatōes & q̄uis puisiōes symoniacę Ecclesiaꝝ, monasterioꝝ, dignitatū, psonaꝝ, officioꝝ, & bñficioꝝ Ecclesiasticoꝝ, quorūcūq; deīceps factæ uullæ sint ipso iure, nullūq; per illas ius cuiq̄ acqrat, nec pmoti, cōfirmati, aut puisi faciāt fructus suos, sed ad illoꝝ restitutionē, tāq̄ iniq̄ ablatoꝝ percipiētes teneant. Statuētes insup q̄ dātes & recipiētes ipso facto snīam excōicatōis incurrāt, etiā si pontificali, aut cardinalatus prefulgeāt dignitate.

¶De Disp̄ensationibus.

I ¶Martinus &c. Q̄m bñficia ppter officia cōcedunt, reputamus absurdū vt q bñficia obtinēt, recusent, aut negligāt officiū exercere. Nos igit sacro approbāte cōcilio oēs disp̄ēsatōes à quibuscūq; p Romañ. pōtificibus se gerētibus cōcessas qbuscūq; electis, cōfirmatis, seu puisis ad Ecclesias, monasteria, prioratus, cōuētuales, decanatus, archidiaconatus, & alia q̄cūq; bñficia, qbus certus ordo debitus ē, vel annexus, aut de illis, ne munus cōsecratōis ep̄i, siue bñdictionē abbatis, aut cęteros debitos, aut annexos ordines suscipiāt, p̄ter illos q̄ scdm formā cōstitutōis Bonifacij. viij. q̄ incipit. Cū ex eo factę sint, reuocamus statuētes, vt q de pñti illos vel illa obtinēt infra sex mēses à die publicatōis hmōi cōstitutōis nr'æ, & q in posteꝝ obtinebūt infra terminū iuris se faciāt cōsecrari aut bñdici, seu ad aliū debitum ordinē pmoueri, alioqn sint ipsis monasteriis, Eccl'ijs, dignitatibus, personatibus, officijs, & bñficijs p ipso iure priuati, & alijs libere cōferant, aut puideat de illis cęteris cōstitutōib⁹ circa hoc q̄ditis in suo robore duraturis.

¶De Decimis, & alijs oneribus Ecclesiasticis.

K ¶Martin⁹ &c. Pręcipimus & mādamus iura q̄ phibēt iferioribus à papa decimas & alia onera Eccl'ijs & psonis eccl'iasticis īponi districti⁹ obseruari. Per nos āt nullatenus īponant gñal'r sup totū cleꝝ nisi ex magna & ardua cā & vtilitate vl'em ecclesiā cōcernēte, & de cōsilio, & cōsensu & subscriptōe fratrū nr'oꝝ sanctę Ro. Eccl'iæ cardinaliū & p̄latoꝝ q̄ꝝ cōsiliū cōmode hr'i potuerit, nec special'r in aliq̄ regno vel puicia īcōsultis p̄latis ipsius regni vel puiciæ & ipsis nō cōsentiētibus vel eoꝝ maiori parte & eo casu per personas ecclesiasticas, & authoritate aplica dūtaxat leuentut.

¶De vita & honestate clericorum.

L ¶Martinus &c. Inter cęteros p̄latoꝝ & clericoꝝ excessus hoc maxīe īoleuit q̄ spreta ī vestib⁹ forma honestatis plurimi delectant eē deformes, & cupiūt laicis cōformari, q̄ꝝ mēte gest habitu cōfitent. Vñ p̄ter cætera q̄ circa vestes, tōsurā, & habitus clericoꝝ tā in formis q̄ in coloribus atq; comā seu capillos vitam'q; & honestatem clericoꝝ iura statuunt, & quæ nimium collapsa

lapsa tã in secularibus q̃ in regularibus sacro approbãte concilio innouamus,& p̃cepimus diligẽ tius obseruari,illũ specialiter abusum eodẽ approbãte cõcilio decernimus penitus abolendũ, q̃d in q̃busdã ptibus nõnulli clerici & psonæ ecclesiasticæ seculares & regulares etiã q̃d magis execramur p̃lati ecclesiarũ manicas ad cubitũ pendentes,& longas cũ magna sumptuosa supfluitate vestes etiã fissas retro,& in lateribus cũ foderaturis vltra orã excedẽtibus etiã in fissuris deferũt, & cũ talibus in ecclesiis cũ supplicijs,ac alijs vestibus ad cultũ & officiũ ecclesiasticũ ordinatis, etiam intra ecclesias ipsas in q̃bus bñficiati existũt nõ verent diuinis officijs interesse. Hãc vestiũ deformitatẽ in q̃buscũq; psonis ecclesiasticis reprobamus,ac vsum taliũ inhibemus, cõtrariũ aũt facientes,vt trãsgressores canonũ puniant,specialiter statuẽtes, vt q̃cũq; bñficiatus aut officiũ in ecclesia gerẽs in habitu hmõi diuinis officijs p̃sumpserit intereẽ ,p q̃libet vice à pticipatione ,puentuũ ecclesiasticorũ p mensem nouerit se suspensum,fructus q; illi fabrice illius ecclesiæ applicent.

¶Martinus &c. Decernimus & declaramus sacro approbãte cõcilio p decreta,statuta& ordinata tã lecta in p̃nti sessiõe q̃ cõcordata,cũ singulis natõibus eiusdẽ cõcilij, & q̃ in nra cãcellaria poni volumus & literas in forma publica sigillo vicecãcellarij volẽtibus lras cõfici atq; tradi huic sacro cõcilio sup articulis cõtẽtis ĩ decreto sup reformatõe fiẽda die sabbati xxx mẽsis Octo. ,pximæ p̃teriti ,pmulgata fuisse & eẽ iã satisfctm. Quibus decretis ac statutis sic vt p̃mittit lectis reuerendissimus p̃r dñs Iohãnes eps Hostieñ sanctæ Ro. ecclesiæ Cardinalis & vicecãcellarius de vo lũtate nationũ,ac ipsius synodi & eorũ noibus vt asseruit,rñdit in hũc modũ. De mãdato nationũ rñdeo,q̃ placent natõibus decreta recitata,& cuilibet natõi placet concordia cũ ipsa p dñm nostrũ facta,& per p̃missa fatent dicto decreto iam esse satisfactũ,non intendentes,præterea q̃ concordata cum vna natione in aliquo alteri nationi afferant præiudicium. A

¶Sessio Quadragesimaquarta.

ANno indictione & põtificatu q̃bus supra die vero Martis vigesimanona mẽsis Aprilis ,Cõstañ. p̃dicto sanctissimo dño nr̃o papa Martino p̃sidẽte more solito publica sessio soleñiter celebrata fuit,serenissimo principe dño Sigismũdo Poma.&c. rege insignijs regalibus induto interessente, ,p cuius sessionis introductione reuerẽdissimus pater dñs Nicolaus Assisinatensis missã de spũ sancto celebrauit, & hmõi missa finita lectisq; letanijs & alijs oratõibus legi cõsuetis debite pactis,reuerendissimus pater Cardinalis de Decalanio vulgariter nuncupatus q̃ddam decretum siue statutũ alta voce legit in hæc verba.

¶Decretum de loco futuri concilij ,pximæ celebrandi.

¶Martinus epũs seruus seruorũ dei ad futurã rei memoriã. Cupiẽtes ac volẽtes decreto huius generalis cõcilij satisfacere inter alia disponẽti,q̃ oĩmodo gñalia cõcilia celebrent in loco quẽ summus põtifex p mensem ante finẽ huius cõcilij approbãte & cõsentiente cõcilio deputare & assignare teneat ,p loco ,pximæ futuri cõcilij celebrãdi supradicti eodẽ cõsentiente & approbante cõcilio , ciuitatẽ Papiẽsem tenore p̃ntiũ deputamus & etiã assignamus, statuẽtes & etiã decernẽtes q̃ p̃lati & etiã alij q̃ ad gñalia cõcilia debẽt conuocari tp̃e p̃dicto ciuitatẽ ipsam Papieñ. accedere teneant. Nulli ergo oĩno hoĩm liceat hãc paginã nr̃æ deputatõis & etiã assignationis statuti,decreti & constitutõis infringere,uel ei ausu temerario cõtraire. Si q̃s aũt hoc attẽtare p̃sumpserit indignationẽ oĩpotentis dei & btõrũ Petri & Pauli apostolorũ se nouerit incursurũ. Datũ & actũ Constã. in loco sessionis publicæ decimotertio Caleñ. Maij ,pontificatus nr̃i, anno primo. Quo decreto lecto dñs epũs Hostieñ. Cardinalis Viuarieñ noĩe totius synodi rñdit, placet. Et subsequenter dñs Ardetinus de Nouaria ex parte serenissimi principis Sigismũdi Romañ. regis ibidẽ p̃ntis & eius noĩe idẽ decretũ approbauit & laudauit. Et subsequenter dñs Augustinus de Lance de Pisis legũ doctor sacri consistorij aduocatus noĩe dñi nostri papæ locũ siue ciuitatẽ Papieñ. approbauit,laudauit & ad concilĩ hmõi celebrandũ habilem esse dixit. B

¶Sessio Quadragesimaquinta & vltima de dissolutione concilij.

VEneris die vigesimasecunda supradicti Aprilis, fuit celebrata sessio gñalis in maiori ecclesia Constã. sanctissimo in Christo patre & dño dño nostro Martino diuina ,puidẽtia papa. v. in eadẽ præsidẽte, serenissimoq; principe dño Sigismundo Ro. &c. rege insignijs ĩperialibus induto interessente, ,p cuius introductione sessionis reuerẽdissimus pater dñs Antonius titu. sanctæ Romanæ ecclesiæ pbr̃ Cardinalis Aquilegieñ. vulgariter nũcupatus ,missam de spũ sancto deuotissime celebrauit. Qua finita & letanijs cũ solitis orationibus finitis & peractis,reuerẽdissimus pater dominus Vmbaldus miseratione diuina tituli sancti Viti in macello Diaconus Cardinalis de mandato ipsius dñi nostri ,totiusq; sacri concilij prout asseruit alta & intelligibili voce ,pnũciauit hęc verba videlicet. C

¶Absolutio cõcilij.

¶Domini. Ite in pace. Et rñsum fuit per astantes. Amen,Quo facto reuerẽdus pater Iohãnes de Podimitis epũs Cathanienfis frater ordinis prædicatorũ sacræ theologiæ professor de mandato domini nostri papæ & consensu sacri concilij(vt asseruit) ambonem ascendit, Anteq̃ aũt ad D

alia se

alia se diuerteret, seu ꝓcederet, ambasiatores serenissimi prncipis Vladislai Poloniæ regis & illustrissimi principis dñi Alexãdri, alias Vritoldi magni ducis Litvvaniæ petierũt noïe dictorũ dñoꝝ quẽdã libellũ & in eo contẽta cuiusdã fratris Iohãnis Falckẽberg, notoriæ crudelissimos errores & hereses, vt dixerĩ, cõtinẽtẽ rite dãnatũ tãq̃ hęreticũ ꝑ deputatos ĩ cã fidei ac etiã ꝑ oẽs natões cõciliũ, ac ꝑ collegiũ cardinaliũ cõclusum prout dixerũt cõstat publicis instrumẽtis in sessiõe publica ꝑ sacrũ conciliũ dãnari seu publice dãnatũ, ꝓnuntiari, anteq̃ ꝑns conciliũ dissolueret sctissimo dño nostro ꝑfato humiliꝝ supplicarũt. Alioquin noïe quo supra, ꝓtestant de grauamine, & de appellãdo ad futurũ cõciliũ. Quibus sic factis sctissimus dñs nr̃ papa dixit, respondẽdo ad ꝑdicta, ꝙ oĩa & singula determĩata cõclusa & decreta in materijs fidei ꝑ ꝑsens cõciliũ concilialr tenere, & ĩuiolabilr obseruare volebat, & nunq̃ cõtraire quoquo mõ. Ipsaq̃ si cõciliariter facta approbat, & ratificat, & nõ aliter nec alio mõ, & illud idẽ iterato fecit dici ꝑ organũ dñi Augustini de Pisis fiscalis, & sacri cõsistorij aduocati ꝑdicti q noïe papæ à ꝓthonotarijs & notarijs ad scribẽdum acta cõciliȳ ordinatis & deputatis, petijt instrumẽta publica fieri. Et extũc ꝑlibatus dñs eps Catañ. fecit collationẽ solẽnẽ, assumẽdo ꝓ themate hæc verba videlicet. Vos nunc tristitiã habetis. Iterũ aũt videbo vos, & gaudebit cor vr̃m. Qua q̃dẽ facta collatõe reuerẽdissimus pr̃ & dñs, dñs Antonius titu. sanctæ Ceciliæ sanctæ Ro. ecclesiæ presbyter & cardinalis de Chalaneo vulgariter nuncupatus de mãdato ipsius dñi nostri papę & voluntate concilij vt asseruit quædã decreta publice legit huius tenoris.

E ¶ Martinus eps seruus seruoꝝ dei ad ꝑpetuã rei memoriã, hoc etiã reqrenti pñti sacro cõcilio ex certis & rõnabilibus, ac iustis causis ipm cõciliũ absoluimus, oĩbusq̃ & singulis in eo existẽtibus ad ꝓpria remeãdi ipso approbãte cõcilio licẽtiã impartimur. Itẽ autoritate dei oĩpotẽs & beatoꝝ Petri & Pauli Aplorũ eius & nr̃a cõcedimus, oĩbus & singulis q in hoc sacro cõcilio & cã ipsius iterfuerũt absolutionẽ plenariã semel in vita. Ita ꝙ qlibet de ꝑdictis ĩfra duos mẽses, postq̃ ad eius notitiã cõcessio hmõi ꝓuenerit, possit dictũ beneficiũ absolutõis assequi in forma, similẽ concessionẽ facimus in mortis articulo, & intelligimus tã de dñis q̃ de familiaribus eorundẽ, sic tñ ꝙ à die notitiæ pñtium ꝓ absolutõe in vita ieiunẽt, ꝑ annũ sexta feria, & ꝑ absolutõe in mortis articulo ꝑ aliũ annũ nisi legitime fuerint impediti, quo casu habeãt alia pietatis opa pagere. Post scdm vero annũ debeãt etiã vsq; ad finẽ vitæ feria sexta ieiunare, vel aliqua opa pietatis pagere. Nulli ergo oĩno hoĩm liceat hãc paginã nostræ absolutõis ĩfrĩgere vel ei ausu temerario cõtraire. Si qs aũt hoc attẽtare ꝑsumpserit ĩdignationẽ oĩpotentis dei & btoꝝ Petri & Pauli Apostoloꝝ eius se nouerit incursurũ. Datũ & actũ Constãtiæ in loco sessionis publicę dicti concilij. x. Caleñ. Iunij, Pontificatus nostri, Anno primo.

¶ Quibus decretis & statutis & alijs vt ꝑmittit lectis & pactis reuerẽdiss. in Chro pater dñs, dominus Iohãnes miseratõe diuĩa eps Hostieñ. sanctæ Ro. Ecclesiæ cardinalis & vicecãcellarius Viuariẽ. vulgariter nuncupatus, noïe sacri concilij ꝑdicti sicut asseruit, rñdit placet. Et ꝑ dñm Augustinũ de lãce, de Pisis aduocatũ sacri consistorij fisciq̃ & prædicti noïe papæ & cõcilij vt asseruit petitũ instrumẽta publica fieri ad ꝑpetuã rei memoriã à ꝓthonotarijs sedis apostolicę & notarijs, ac scribis dicti sacri generalis Concilij.

¶ Errores Iohãnes Vvycleff de Anglia, & Iohãnis Huss de Bohœmia dãnati in hoc sacro generali Constantieñ. Concilio.

G MArtinus eps seruus seruoꝝ dei, venerabilibꝰ fratribꝰ archiepis & epis ac inqsitoribꝰ hęreticę prauitatis vbilibet cõstitutis ad qs lr̃ę pñtes ꝓuenerit. Salutẽ & apostolicã bñdictionẽ. Inter cũctas pastoralis curæ solicitudies, qbus ꝑmimur ĩcessanter illa potissime forti nõ agit, vt hęreticis de finibꝰ Chr̃icolaꝝ expulsis, suisq̃ falsis doctrinis & erroribus puersis penitꝰ quãtũ nobis ex alto cõcedit extirpatis orthodoxa & catholica fides ĩtegra & illibata ꝑmaneat, ac populus Chr̃ianꝰ eiusdẽ fidei synceritate qlibet obscuratiõis semoto velamine ĩmobilis & inuiolatus ꝑsistat. Sanè dudũ quã oĩbꝰ pluribꝰ retroactis tpibꝰ in nõnullis à regiõibus & dominijs ꝑsertim in regno Bohœmię & marchionatu Morauię, ac locis & districtibꝰ illis vicinis aduersa fidei catholicæ dogmata, & sanctę mr̃is ecclesię traditões, nõ solũ cõtra vnũ, qnimò cõtra plura fidei catholicę dogmata ĩsurrexerĩt qdã hęresiarchę circũcelliões schismatici & seditiosi luciferina ſuphia & rabie lupina euecti, dęmonioꝝ fraudibꝰ illusi, de vanitate in idipm (licet forẽt de diuersis mũdi ptibus oriũdi) cõueniẽtes & caudas colligatas hñtes, dãnatę videlicet memoriæ Iohãnes Vvycleff de Anglia, Iohãnes Huss de Bohœmia, & Hieronymꝰ de Praga q vtinã alios secũ ad ifidelitatis ĩteritũ nõ traxissent. Nã vbi hmõi pestilẽtes psonę puersa dogmata ptinaciter semĩabãt in suę doctrię pestiferę pr̃iordio, ꝓlati et alij iudiciarię ptãtis regimĩa exercẽtes, tãq̃ canes muti nõ volẽtes latrare nec vlciscẽtes cũ apl̃o in prõptu oẽm iobediẽtiã hęresiarchas ipsos pestiferos & dolosos eoꝝ lupinã rabiẽ truculẽtã statũ vt astricti fuerãt canõice coercere, eosq̃ de domo dñi corpalr eĩcere nõ curaꝝt, ſ̃ sacrile

(gã, falsam & pni-

cioſam ipſoꝝ doctrinã per longas moras negligentẽ cõualere permiſerũt, populoꝝ multitudo illoꝝ opinionibus falſis decepta, pro veris accepit q̃ diu mendaciter & pnicioſe ac damnabiliter ſeminauerũt, eiſdẽ credendo à recta fide cecidit turba multa & errore deuio inuoluit, prochdolor q̃ per diuerſa illaꝝ eiſdẽq; cõuicinaꝝ partiũ climata oues Chri catholicas hæreſiarchæ ipſi ſucceſſiue interfecerũt, & in ſtercore mendacioꝝ fecerũt putrefacere. Quapropter gñalis Conſtañ. ſynodus tantã fideliũ & fidei orthodoxæ plagã & ruinã videſ exclamare cõpulſa eſt cũ Auguſtino. Quid faciet eccleſiæ medicina ſalutẽ oĩm materna charitate cõquirẽs, tanq̃ inter freniticos & letargicos eſtuãs, nũq̃d deſiſtere debet, certe nõ ſcãm eũdem, imò vtriuſq; ſi neceſſe ẽ moleſta ſit q̃ neutrius eſt inimica. Nã & moleſtus eſt medicus furenti frenetico, & pr̃ indiſciplinato filio, ille ligãdo, iſte cedendo ſed ambo diligẽdo. Si aũt negligãt & eos perire pmittãt, inqt Auguſtinus, iſta mãſuetudo potius falſa crudelitas ẽ. Proinde ſynodus pſata ad oĩpotẽtis dei gloriã ipſiuſq; catholicæ fidei ac Chriſtianæ religiõis cõſeruationẽ augmentũ & animaꝝ ſalutẽ & pr̃ſeruationẽ. Eoſdẽ Iohãnem Vvicleff & Iohannem Huſs, & Hieronymũ q̃ inter cætera de ſacro Euchariſtie ſacramento & alijs ſacramentis eccleſiæ & articulis fidei aliter q̃ ſancta Ro. eccleſia credit & tenet & pdicat & docet, q̃ plurima temere & dãnabiliter credere ac tenere, pdicare atq; docere ptinaciter attentabãt veluti hæreticos & pertinaces ac obſtinatos à cõione fideliũ ſeparatos de domo dei corporaliter eiecit, & ſpũaliter eiectos declarauit. Et alias nõnulla circa pmiſſa vtilia & ſalubria ſtatuit & decreuit p q̃ alij q̃ cauſantibus hæreſiarchis eorũq; falſis doctrinis hmõi ſpũaliter de domo dei exierũt p vias canonicas reducent ad ſemitas veritatis. Et qa ſicut dolenter accepimus nõ ſolũ in regno Bohemiæ & marchionatu, dominijs & locis ſupradictis, verum etiã in qduſdã partibus & ꝓuincijs cõtiguis ſeu vicinis eiuſdẽ etiã nõnulli ex ſectatoribus & ſequacibus hæreſum ac erroꝝ hæreſiarchaꝝ pdictoꝝ timore diuino & pudore humano prorſus abiectis, nec de ipſoꝝ præſertim Iohãnis Huſs, & Hieronymi interitu miſerabili ſumẽtes cõuerſionis & pniæ fructũ, ſed tanq̃ in ꝓfundũ preſſi pctõꝝ, dñm deũ blaſphemare nõ ceſſant, ducentes in irritũ nomen q̃ꝝ mẽtes pr̃ mendacij ſic dãnabiliter excecauit, vt pdictos libros, codices & opuſcula, hæreſes, errores cõtinentes ſeu cõtinẽtia dudũ etiã p ſynodũ pfatã dãnatos & dãnata, ac ignibus cõcremãda, deputata & cõcremata, legũt, ſtudent ac ex eis in ſui & multoꝝ ſuppliciũ & periculũ, nedũ cõtra ſtatuta, decreta & ordinata in ſynodo ſupradicta, ſed etiã contra canoni cas ſanctiões dogmatizare pſumũt in aĩaꝝ periculũ ac puritatis fidei denigrationẽ & ſcãdalum plurimoꝝ. Nos igit attendentes, q̃ error cui nõ reſiſtit approbari videt, ac malis & pnicioſis erroribus hmõi reſiſtere, ac eos de medio Chr̃i fideliũ, & pr̃ſertim de ſupradictis Bohemiæ & Morauiæ dominijs & diſtrictibus ac cõfinibus & vicinis eoꝝ ne amplius & latius ſe extendãt funditus euellere cupientes, diſcretioni veſtræ ſacro approbãte cõcilio Conſtañ. p apoſtolica ſcripta cõmittimus & mãdamus, q̃tenus vos archiepi & epiſcopi ac electi & qlibet veſtꝝ p ſe ſeu alium vel alios q̃s graues & idoneas pſonas ſpũalem iuriſdictionẽ habentes eſſe volumus oẽs & ſingulos cuiuſcũq; dignitatis, officij, ꝓeminentię, ſtatus vel cõditionis exiſtãt, & qbuſcunq; noĩbus cẽſeant q de præexcelſo ſalutifero & ſupmirabili ſacramento corporis & ſanguinis dñi noſtri Ieſu Chriſti, de baptiſmate, ſeu pctõꝝ cõfeſſione, pœnitentiæ, ꝓ pctis iniunctione, vel reliqs eccleſiaſticis ſacramentis, ſeu fidei articulis aliter ſentire aut docere, q̃ ſacroſancta Romana eccleſia & vniuerſalis docet, pdicat & obſeruat, aut articulos ſeu libros & doctrinas pfatoꝝ hæreſiarcharum Iohãnis Vvicleff. & Iohannis Huſs. & Hieronymi p eandẽ Conſtañ. ſynodũ cum ſuis auctoritatibus vt prædicit damnatos & damnatas tenere & dogmatizare ac vitæ finem ipſoꝝ hæreſiarchaꝝ publicæ vel occultæ pertinaciter quomodolibet laudare vel approbare pſumpſerint, eoꝝq; receptatores, defenſores & fautores quoslibet etiam contemplatione pdictorum erroꝝ, necnon credentes & adhærentes eiſdem tanquam hæreticos iudicetis & velut hæreticos ſecularis curiæ relinquatis. Receptatoresq;, fautores & defenſores hmõi peſtiferaꝝ perſonaꝝ quæ erroribus ipſis crediderint, nec fauore aut contemplatione erroꝝ ipſoꝝ, ſed forte carnalis amoris cauſa vel occaſione alia hmõi pſonas peſtiferas receptauerint ꝓter pœnas ab vtroq; iure talibus inflictas p iudices cõpetentes tanta ſeueritate pœnaꝝ in tã enormi ſcelere vltionem accipiãt q̃d cedat cæteris graſſantibus in exemplũ, vt q̃s dei timor à malo nõ reuocat, ſaltem coherceat ſeueritas diſciplinæ. Cum reliquis vero huiuſmodi ſecta damnabili quomodolibet infectis q poſt cõ petentem monitionem ac frequentem exhortationem qua piæ erga eos ſpe correctiõis & emẽdationis ac ad melioris vitæ frugem conuerſionis vſum eſt à prædictis erroribus & ſecta noluerint reſipiſcere, & ad gremiũ vnitatemq; ſanctæ matris eccleſiæ, ac fidem catholicã quæ ſola ſaluare poteſt fine qua nulli vere ſalutis ſubſidiũ contingit plene recognoſcere & cõfiteri iuſtitiæ ſeueritas ꝓut facti poposcerit q̃litas dulcore miſericordiæ tẽperet, Et nihilominus oẽs Chriſtianæ, & catholicæ fidei ꝓfeſſores, Impatorẽ, reges, duces, pricipes, marchiones, comites, barones milites, ptãtes, rectores, cõſules, ꝓcõſules, ſcabinos, cõitates, & vniuerſitates, regnoꝝ, ꝓuinciarũ, ciuita-

D Evgenius episcopus seruus seruorũ Dei, ad futuram rei memoriam. Inscrutabilis diuinæ prouidentiæ altitudo ad hoc nos maximẽ potestatis desup plenitudine tradita super vniuersum gregem dominicum præsulem constituit, vt ad remouẽdum atq; extirpandum de agro Domini vepres ex quibus possent Ecclesiæ suæ sanctæ, & Chrianæ Reipublicæ dissensiones, & scandala prouenire, cura assidua ac peruigili intendamus. Sanè cum dudum ex certis, & rationabilibus causis Concilium quod nonnulli Basileæ cõgregatum esse dicebãt dissoluentes illud ad ciuitatem nostrã Bononien. duximus commutãdum postmodum cessantibus dictis causis præfatum Concilium in ipsa ciuitate Basiliẽ. decreuimus per nostros legatos q ibidẽ nostro nomine pſiderẽt continuari debere, put in diuersis desup confectis lris nostris plenius continet. Cum autem q Basileæ congregati erãt, put sunt etiam post

disso-

dissolutionē,& decretū hmōi,ac etiā ante aduentū dictorꝫ legatorꝫ non ad cōmunem vtilitatē, sed ad priuatas passiōes intenti,nullaq; autoritate sedis apostolicæ suffulti, multa & grauia etiā præter illa tria propter q̄ fuerat ibi principaliter à principio concilij constitutū tanquā haberēt gñalis synodi nobis etiā contradicentibus disponere potestatē,ordinare,statuere,sancire,declarare & mādare præsumpserint in nostrū,ac sedis apostolicæ,ac venerabiliū fratrꝫ nostrorꝫ cardinaliū,& aliorꝫ nobis adhærentiū graue præiudicium,præter & contra sanctorꝫ patrꝫ decreta, & canonicas sanctiones. Nos attendentes q; ea q̄ per eos sic perperā statuta,fctā, & ordinata existunt si sub dissimulatione,& silentio pterirent in magnū atq; euidens piudiciū ecclesiæ,& apostolicæ sedis,& graue scandalū plurimorꝫ verisimiliter redūdare possent,cū nō ad reformationē sed deformationem,nō ad vnitatem sed scissurā ecclesiæ,nō ad hæreses tollendas sed nutriendas nō ad pacem fideliū,sed discordiā seminandā spectare videant,ac propterea volentes ꝓut ex debito pastoralis tenemur officij quātū altissimus pmiserit futuris scādalis celeri remedio ꝓuidere oīa,& singula gesta,facta,ordinata,sancita,decreta & declarata p pfatos Basileæ cōgregatos,& existentes,videlicet citationes,ꝓcessus,& snīas,statuta & decreta q̄ de nobis, seu contra nos iura & libertatem nostrā,& sedis apostolicæ,vel venerabiles frēs sanctæ Ro. ecclesiæ Cardinales,seu ipsorꝫ aliquem,aut prælatos q̄scūq; siue curiales,aut Romanā curiā seq̄ntes vsq; in pñtem diem facere,statuere,attentare,& ordinare nimiū præsumpserūt,& q̄ vsq; ad accessum ipsorū legatorꝫ ad supradictā ciuitatem Basilien.& in ipso concilio præsidentiā quōlibet p eos in futurū sicut agent,ordinabunt,sancient,statuent,attentabunt,& mandabunt exceptis his in q̄bus eis p nostras literas facultatem cōcessimus irrita esse,& inania, nullūq; effectū debuisse,aut debere sortiri autoritate apostolica consilio,& assensu præfatorꝫ fratrꝫ nostrorꝫ sanctæ Ro. ecclesiæ Cardinaliū tenore pñtium declaramus,decernimus,ac ꝓ infectis haberi volumus& mādamus. Ipsaq; & maxime legatōes in terris ecclesiæ creatōes& ordinationes officialiū,bñficiorꝫ collationes,ac oīa,& singula inde secuta,vel q̄ in posterꝫ seq possent exnūc præfata autoritate cū de facto processerint de apostolicæ ptātis plenitudine cassamus,irritamus,& annullamus,ac nullius esse decernimus roboris,vel momenti districtius inhibentes oībus Christifidelibus,ne decretis,ordinatōibus,mādatis,factis & gestis hmōi modo aliq̄ pareāt,vel intendāt,aut pro talibus reputent,declarātes oēs & singulos cuiuscūq; status,gradus,& pręeminētie existant,etiā si imperiali,regali,cardinalatus siue quacūq; alia ecclesiastica, siue seculari præfulgeant dignitate nullo vinculo iuramēti ꝓmissionis facti,aut conuentōis prædictis factæ quōlibet se teneri. Nulli ergo omnino hoīm liceat hanc paginā nostræ declarationis, constitutionis, voluntatis, mandati cassationis,irritationis,annullationis & inhibitionis infringere,vel ei ausu temerario contraire. Si qs aūt hoc attentare præsumpserit indignationē oīpotentis dei & beatorꝫ Petri & Pauli apostolorꝫ eius se nouerit incursurꝫ. Datum Romæ apud sanctum Petrum. Anno incarnatiōis dominicæ. M.CCCC.XXX. quarto Calen. Augusti,pontificatus nostri,anno tertio

¶Secunda Bulla reuocata.

EVgenius epūs seruus seruorꝫ dei,ad futurā rei memoriā. In archano nostræ mētis sæ- A
pissime cogitātes,q; nisi sup inualescenti hoīm malicia qui ecclesiā dei varijs q̄sitis coloribus pturbare conati sunt,autoritas Romanorꝫ pontificū restitisset, diuersa in ecclesia dei scandala emersissent,non solū debitum,sed etiam necessarium reputamus,vt nos quoq; ea quæ in ecclesiæ scandalum,nostrꝫq;,& sedis apostolicæ contemptum,& dedecus fieri conspicimus debitis remedijs cōprimamus. Sanè cū ad nostrā noticiam nuper pueniſſet q̄ddam ptensum decretū. Datū tertio Idus Iulij. Anno dñi. M. CCCCXIII. emanasse in q̄ intera contineri videt cætera nos infra. Ix. dierꝫ spacium dictis congregatis pure,& simpliciter adherere debere,venerabilibus autem fratribus nris sanctæ Romanæ ecclesiæ Cardinalibus, necnon q̄buscunq; in Romana curia existentibus mandari dicebat,vt post ipsum terminum lapsum infra viginti dies ꝓxime sequētes sub pœna priuationis omnium beneficiorꝫ suorꝫ, commendarꝫ, pēsionum,officiorꝫ,& gratiarꝫ quarumcunq; quam incurrerent ipso facto Romanā curiam relinquerent,omnes insup causas in ipsa curia pendentes ad se eo casu aduocabāt,prout hęc,& nōnulla alia in ipso prætenso decreto dicunt plenius contineri. Nos ex incūbenti nobis cura officij pastoralis astricti ad tuendam nostrā,sedisq; apostolicæ autoritatē Cardinaliū quoq; patriarcharꝫ archiepiscoporꝫ, episcoporꝫ, prælatorꝫ, officialiū,& aliorꝫ curalium prædictorꝫ asserentiū,ipsius decreti ex defectu potestatis condentium,ac in hac pte supplicantium,vt sup præmissis prouidere vellemus graui quærela commoti,autoritate domini nri Iesu Chri,qui nos suum in terris constituit vicarium,ac de potestatis nræ plenitudine pronunciamus,decernimus,ac etiā declaramus præmissum assertum decretum,ac omnia & singula in eo contenta,nullum & inane penitus extitisse, & existere, nulliusq; authoritatis,valoris vel momenti, ipsumq;, & quæcunque in eo comprehensa eadem authoritate, reuocamus, cassamus, irritamus, & pro infectis

haberi

haberi volumus,& mãdamus,decernẽtes insup,& etiã statuẽtes ꝓcessus oĩm beneficiorꝫ,officiorꝫ,dignitatũ,pensionũ,cõmendarũ,seu titulorꝫ,quorꝫcũq; collatões,&dispositões,q̃scũq; in vim eiusdẽ decreti q̃ocũq;,& q̃litercũq; factas,& fiẽdas,& oĩa inde secuta notoriæ nullius extitisse,nec existere firmitatis. Mãdamus insup oĩbus,& singulis Chr̃ifidelibus,Eccleſiasticis & secularibus cuiuscũq; dignitatis,status,seu cõditõibus existãt,etiã si ĩperiali,regali,reginali cardinalatus,pr̃iarchali,vel q̃uis alia p̃fulgeãt dignitate,sub anathematis pœna,& priuatiõis quã cõtra faciẽtes incurrere volumus ipso facto dignitatũ,officiorꝫ,& bn̄ficiorꝫ suorꝫ,quorꝫcũq;,ac inhabilitatõis ad illa,seu alia in posterꝫ obtinẽda,ne cardinales, pr̃iarchas,archiep̃os, ep̃os,p̃latos,officiarios,clericos,&alios romanã curiã sequẽtes in eorꝫ p̃sonis,seu rebus Eccle siasticis,bn̄ficialibus,spũalibus,vel ꝓphanis occasione p̃fati decreti turbẽt q̃olibet,vel molestẽt,nec ea faciẽtibus præstẽt auxiliũ,cõsiliũ,vel fauorẽ,pari quoq; pœna illos q̃ authoritate, seu occasione q̃cũq; ea,aut eorꝫ aliq̃ ausi fuerint attẽtare volumus subiacere ĩhabilitãtes eos ad quascũq; dignitates,honores,officia,& bn̄ficia in posterꝫ obtinẽda,supplẽtes ex eadẽ ptãtis plenitudine oẽs defectus,si q forsan interuenerint in p̃missis. Nulli ergo hoĩm liceat hãc pagi nã nr̃æ ꝓnũtiatõis,cõstitutõis,declaratõis,reuocatõis,cassatõis,irritatõis,voluntatis,mãdati, statuti,ĩnhabilitatõis,&suppletõis infringere,vel ei ausu temerario cõtraire. Si qs aũt hoc attẽtare p̃sumpserit,indignationẽ oĩpotẽtis dei, & btõrꝫ Petri & Pauli Apl̃orꝫ eius se nouerit incursurũ. Datũ Romæ apud sct̃m Laurentiũ in Damaso. Anno incarnatõis dn̄icæ. M.CCCC. XXXIII. Idus Septembris,Pontificatus nostri anno tertio.

¶Tertia Bulla reuocata.

B EVgenius epũs seruus seruorꝫ dei,vniuersis Chr̃ifidelibus salutẽ,& Apl̃icã bn̄dictionẽ. Deus nouit secretorꝫ oĩm optimus p̃scrutator,ꝙ vsq; adeo summope,ac diligẽti studio ꝓcurauimus,ne sacrilegũ schisma in dei Ecclesia nasceret,ꝙ pauci etiã sanctę Ro. Eccleſiæ cardinales Basileæ cõueniẽtes ip̃m possent veriſiꝛ(si ab inceptis nõ desisterẽt)inducere,nos etiã ad illa humiliãdo,vt scãdala vitarent,ac ipsis plurima pmittẽdo ad quæ de iure minime tenebamur,credẽtes vt exinde pacati,pax & trãquillitas iter nos & ipsos imõ verius in Chr̃iana religione oriret,sed nõ ꝓfuerũt,siue ꝓdesse p̃nt p nos piè & mãsuetè,ac modeste cũ ipsis dicta & gesta,vt p̃t notorię aĩaduertere Chr̃icola q̃libet orthodoxus,qui ipsi velint se à sct̃ã sede Apl̃ica scindere,& diuinũ corpus dn̄icũ.i.sct̃ãm mr̃em Eccleſiã tunicã Chr̃i incõsutilẽ lacerare,ac scissurã pestiferã in ipsa cõficere,nosq; Petri successorẽ legitimũ ꝟ ĩmeritũ ꝓ posse cõfundere,q̃s res hactenus Chr̃ianæ religiõis pr̃icipibus patefacere nõ curauim⁹, sperãtes nr̃a cũ mãsuetudĩe & patiẽtia oĩa ad debitę iustitię semitas posse deducere,ac ipsos ab eorꝫ conatibus,& erroribus reuocare. Sed ꝓhdolor nimiũ iste morbus eorꝫ cãcerosus ĩualuit & q̃tidie cõualescit,qa nr̃a clemẽtia,& nimia benignitas ipsos contra nos q̃tidie reddit magis elatos. Et q̃uis eorꝫ desideriꝭ cdeonscendẽtes mãdauerimus iterum debere Basileæ cõcilium A celebrari,ipsi tñ qm̃ nobis oppido sunt infesti,& ꝙs toleraſſe, & ipsis suorꝫ contra sedẽ Apl̃icã rebellionũ indulgẽtiã obtulisse nõ ꝓfuit,eorꝫ tñ intẽtionẽ executioni gaudẽt,& cupiũt præcipue demãdare,nos falso de vocis criminibus ĩpetẽtes,vt valeãt ĩhumaniter oĩ põtificali ptãte nos pturbare,quorꝫ callide dicta & gesta,opus est refellere,ne falsis detractõibus de nobis cõfictis valeãt Chr̃ianã circũuenire religionẽ,ac oĩbus Chr̃ifidelibus eorꝫ dicta,&facta horrẽda sapere posse in futurꝫ schisma,& pestiferam hæresim oſtẽdamus nr̃is his lr̃is singulariter eorꝫ obiectis rn̄dẽtes. Obiciunt igit̃ primũ de nobis obloquẽtes,ꝙ scãdali, & pturbationis causa in Eccleſia dei introducendi ꝓpera conati fuimus sacrum Basilieñ. dissoluere cõciliũ. Quodq; ex hoc vniuersalem Eccleſiã conturbauimus,nec sine consensu Concilij dissolutionẽ illam facere valuimus,q̃ cũcta veritati iuris,& facti penit⁹ sunt aduersa. Quoniã primũ nunquã nostra fuit aut erit intentio,sacrum dissoluẽdo exinanire Conciliũ,ac nolle scdm Constãtieñ. & Seneñ. statuta concilium sacrã ipsam synodum celebrari. In qua p̃fide hęreses euellerent̃,& ideo militãtium in Eccleſia reformarent̃ mores ĩprobi,ac alta pax,& dulcis trãquillitas Chr̃istiano populo tradereret̃,quin potius hoc tam salubre negotiũ semp potissime insedit, & residet cordi nostro. Et his de rebus cupiẽtes,vt ipsum p Apostolicæ nostræ solertiæ studiũ,finẽ debitum consequeret̃ in nostræ assumptõis principio ad summi Apostolatus apicẽ,mãdauim⁹ p dilectũ filiũ Iulianũ sanctę Ro. Eccleſiæ sancti Angeli diaconũ cardinalẽ ibidẽ Basileæ sct̃ãm synodũ celebrari. Verꝫ qm̃ postmodũ,vt alijs nr̃is lr̃is curauimus chr̃icolis palãm facere,iustis de causis ex parte etiã nõnullorꝫ tũc Basileę cõueniẽtiũ p dilectũ filiũ Iohãnẽ pulchri p̃is ipsorum oratorẽ ad nos spiritaliter deputatũ,nos informati veridica relatõe pcepimus,ꝙ Basileæ ꝓ tunc sine magno tp̃is interuallo ipsius sanctę synodi celebratio nõ eẽt possibilis,cõciliũ ip̃m penitus nõ dissoluimus,vt ipsi nõ bn̄ interp̃tati sunt,sed ad nostrã ciuitatẽ Bononiẽ. commutauimus sic,ꝙ ipsum in sua eẽntia consistere voluimus, ac à Basiliẽsi ciuitate solum exoluimus.

Quare

Quare nos indebite criminant, q̃ scãdala in ecclesia dei introducendi causa cõciliũ dissipauimus, cũ ipsum à Basilea cõmutare necessitatibus vrgentibus coacti fuerimus. Et q̃uis nũc ipsas nobis causas p̃ p̃fatũ oratorẽ intimatas inficiari nõ vereãt, orbi tñ toti notissimũ ẽ illas cãs celebrãdi cõ cilij ĩpeditiuas extitisse veras. Nã ferè octo mẽses effluxerũt, postq̃ ipsa initiari debuit sctã syno dus, nec adhuc Basileæ tres cõuenerãt ep̃i, aut alij in toto nũero decẽ p̃lati. Regũq; & principũ, p̃ curatores, siue nũcij nulli aderãt cũ q̃bus de Chr̃ianor̃ pacatõe, siue cõcordia possent aliq̃ ptractari, vt in cõciliis primũ ingrere decens ẽ. Doctor̃ atq; mgr̃or̃ ferè nulli intererãt, q̃ hæretico rũ versutijs resistere possent, ac argumẽta eor̃ scirẽt sophistica refellere & cõfutare. Locus etiã ipse ciuitatis Basilieñ. minime tutus videbat, tũ ꝓpter armatã finitimã hæresim Bohemor̃, tum ꝓpter subortã guerrã inter dilectos filios viros illustres Burgũdię, & Austrię duces. His igit & alijs iustis, & legitimis de cãis nõ scãdalizãdi cler̃, siue errores studio cõficiẽdi de ipsor̃ Cardinaliũ plurimor̃ cõsilio, & assensu q̃ nũc Basileæ cõueniũt, & hãc cõmutationẽ dãnãt illã fecim⁹, p̃sertim his etiã de cãis moti, q̃a sperabamus q̃ in Italia cõsistẽte charissimo in Chr̃o filio Sigis. Rom. tũc rege nos facilius ambo potuissemus Bononiæ cõuenire, adessentq; ibidẽ Bononię tũc celerius p̃lati, & p̃rincipes in nũero copioso, siue ipsor̃ ꝓcuratores, & nũcij cũ q̃bus melius, & gra uiori maturitate singula in cõciliis agẽda expedirent, & maiori cũ reuerentia ab oĩbus Chr̃ifidelibus reciperẽt, q̃ illa q̃ ꝓ paucos Basileæ cõueniẽtes fieri forsitã cõtigissent. Nescimus ergo qũo ipam audent cõmutationẽ reprobare cuius ipsi plurimi fuerũt autores p̃cipui, dãnentq; eor̃ ge sta nõ nostra, q̃a tũc eramus grauissima corpali infirmitate grauati, cũ ipsi dissolutionẽ & trãslationẽ ipsam ꝓmouere suadebãt, ac efficere studuerũt nobis, p̃cipuè ad memoriã reducẽtes, & his rõnibus cõpellentes, q̃ dũ eramus in minoribus constituti vna cũ i pfis, & alijs fratribus nr̃is sctẽ Ro. ecclesiæ Cardinalibus voto & iuramento nos astrinximus, q̃ illo in loco cõciliũ teneremus in q̃ maiori pti Cardinaliũ magis expediens videret, cũ Basileę nõ sperarẽt posse cõciliũ cele brari tp̃ibus à iure decretis iã fine tp̃is instãte, & ĩpedimentis, subsistẽtibus, enarratis, ficq; ipsi mutationẽ, siue trãslationẽ necessaria eẽ dic entes, & vt alio in loco trãsferremus sedule regren tes. Tãdẽ fuit cã finalis, vt ipam trãslationẽ, siue cõmutationẽ faceremus, quã tñ, & iustã fuisse, & nobis soli cũ veñ. fratribus nostris sctẽ Ro. ec. Cardinalibus facere licuisse prout egimus etiã absq; alterius cõsensu cõsilij, nemo sanè mẽtis debet ãbigere. Nã & si Canõ Constã. cõcilij q̃ icipit freq̃ns ab ipso cõcilio æditus, & à fe. re. Martino p̃decessore nr̃o nõ ĩprobatus locũ mutare, vel tẽpus inceptõis cõcilij, ꝓgare nobis sine cõcilij cõsensu prohibere videat, nõ tñ debet sic abusiue interpretari, vt causa iminente nobis etiã soli adempta fuerit circa loci mutationẽ, tp̃is ꝓrogationẽ dispensandi facultas. Tũ etiã fi à Martino æditus extitisset illa nõ fuisse, siue eẽ debuisset prohibentis intentio, q̃ successoribus suis nullũ potuit in hac p̃te præiudiciũ generare pari post ipsum, imò eadem p̃tate functuris, & inferẽ prout est scdm oĩa iura in hac parte conciliũ inferius summo põtifice, papãq; ipsis priorẽ negt soluere vel ligare. Sed nos ĩ his cõcilio superiores ip̃m possumus ꝓ libito regulare. Nam hoc de iure notissimũ est, q̃ possumus q̃cũq; statuta, decreta declarata, siue sancita p̃ q̃scunq; prædecessores nostros, vel per q̃cunq; concilia dũmodo in ipsis fidei fundamenta non existãt, siue ex hoc vniuersalis ecclesiæ bonũ principaliter non turbet, vt vicarius Christi, & irreprehensibiliter ꝓ nostro amouere, & corripere libitu volũtatis, & cõtra sentire nõ esset longeuũ ab hæresi velle ligare manus vicarij Iesu Christi, & in terris dei legati, siue ipsius gesta iudicare, vel improbare q̃d sacrilegij crimen habet. Sed q̃sumus nobis dicãt q̃ no bis detrahũt q̃ hæresis, q̃ vniuersalis ecclesiæ turbatio, ex hac trãslatione loci surgere poterat, si nos sanctã synodũ Bononiæ cõmutamus, vt eius bonũ nõ frustraret, vlterius q̃d iã mẽsibus octo fine fru&u aliq̃ extiterat prorogatũ, & ipsius initiãdi postmodũ Basileæ vestigia commoda nulla videbant. Profecto nullus p̃ iuris tramites ambulãs, & nõ passione seductus assereret, q̃ ecclesiæ fecerimus turbationẽ, sed salutẽ, nec celebrationẽ cõcilij frustrauimus. Sed id accelerare cõcupi uimus. Taceant igit hi qui sic inhumaniter nobis detrahunt. Q̃m non ad Chr̃ianor̃, & ecclesiæ noxam cõmutationẽ fecimus, sed pro salute tutissima, vt citius q̃ in concilio forent agenda debi tum finẽ sortirent. Fuit igit à Basilieñ. ciuitate legitima pro tũc nostra cõcilij dissolutio, ac ipsius ad Bononiã iustissima trãslatio, & asserentes cõtra sunt penitus ab oñi veritate, ac side catholica alieni. Nos insup criminant, & diffamãt, q̃ sacro concilio pure & simpliciter nõ hæremus, & q̃tidie magis ac magis contemnimur, & despicimur. Quodq; nos modeste, & mãsuete monere curauerũt, vt scãdalosam dissolutionẽ, & eccleſiæ Christi pturbationem amouere deberemus, quas res ingunt nos ptinaciter recusare, & has ob causas nos citare, & monere non sunt veriti, & tandẽ (q̃d est deterius) si eor̃ vota infra. lx. dies nõ ĩpleuerimus, nos ab oñi põtificali potestate suspẽdisse profitent, quæ quantũ cõtra omnia sint diuina iura pariter & hũana, ac hæresim manifeste nutrientia breuiter ostendamus, nã dissolutionẽ quam scandalosam, & eccleſiã pturbantẽ esse dicũt legitimis de causis, & necessarijs iure fecimus, vt ante retulimus. Quod igit scãdalũ

quod

quod iuste honeste,& vrgẽte necessitate factũ extitit,potuit generare? Profectò nullum,cum oĩa quæ ad salutem Christianæ religionis debuissent in Basiliẽsi Concilio expediri, & quæ ꝑ tunc cum ipsam sanctã synodum commutauimus ibidẽ Basileæ fieri non poterãt melius, celerius,& commodius in ipsa Bononiẽ.Synodo ꝓfici valuissent.Quã etiã Ecclesiæ ꝓturbationẽ fecimus,cum vt paulo añ narrauimus illo in tẽpore quo Concilium commutauimus fere nulli prælati conuenerãt? Non poterãt igit̃ ꝓturbari,q̃ non aderãt.Quia ꝙ concilium Basileæ fieret non curabãt.Nã si affectassent ibidẽ in tpe conuenissent,nec quo ad illos q̃ conuenerãt,qa ita pauci numero erãt ꝙ sine nostra authoritate Ecclesiã vl'em repr̃sentare non poterãt q̃is ipsi eã se repræsentare dixerint.Concilio igit̃ ad ipsam Bononiẽ.ciuitatẽ legitime trãslato ibidem postmodũ veniẽtes Basileæ velut locustæ acephali canonicum sine nostris præsidẽtibus non potuerunt facere Concilium,cum authoritate carerẽt Apostolicæ sedis.Nec veræ sunt, quas faciunt excusatões,ꝙ Constã.Seneñ'ꝙ atq; felicis recordatõis Martini,ac nostra authoritate ipsoꝝ conciliũ vires habuerit,& habeat.Nã nos prædictis causis veris subsistẽtibus,& nostrã,& piæ memoriæ Martini,ac ipsoꝝ concilioꝝ authoritates, vt iure fecimus, reuocare potuimus,vt patule supra insinuauimus.Quare post ipsam canonicã dissolutionẽ,& authoritatum ꝓdictaꝝ reuocationẽ absq; vlla authoritate Apostolica conueniebãt,siue conueniunt. Vnde veꝝ non ẽ dicere eoꝝ canonicũ post nostrã dissolutionẽ, & sine nr̃is ꝓsidẽtibus fuisse, vel eẽ conciliũ,q̃m nulla rata ẽ,vel nunq̃ erit synodus gñalis quæ summi pontificis non fuerit authoritate suffulta.Nec eoꝝ spũs sctũs ẽ caput,cum misericors pater Iesus Chr̃s sup oĩa summũ pontificẽ Ecclesiæ post trãsitũ verbi ad patrẽ,caput, & principẽ Ecclesiæ instituerit nos videlicet q̃ locum retinemus vicarij ipsius Iesu Chr̃i quãuis immeriti.Sacrilegum igit̃ à nobis postulãt,& hæreticũ,vt declarare velim⁹ retroactis tpibus Basileæ cõtinuo fuisse cõciliũ,cũ p⁹ nostrã dissolutionẽ sine nr̃is ꝓsidẽtibus regulare non fecere conciliũ,quia eoꝝ dicta,gesta, & facta oĩa contra diuina iura pariter,& humana ꝑperã sunt confecta,& quæ per nos nullatenus sunt debita comprobari.Et in hoc ẽ,ꝙ Christianã religionẽ circũuenire cupiunt, vt sub colore ꝙ continuo Basileę conciliũ fuisse declaremus oĩa eoꝝ facta,& gesta comprobemus,q̃ adeo sunt minus bñ composita,vt etiã si ab hñtibus ptãtem ꝓmulgata fuissent, eẽnt irritratõe, annullatõe,& reuocatõe dignissima.Nã ꝙ nunquã est lectum ipsi in ciuitate nostra Auinioneñ. & contra nostrã voluntatẽ cõstituere legatũ ausi sunt illã tyrãnidi vnius Cardinalis nup cum eis conueniẽtis subñciẽdo,spreto vero legato de latere ꝑ nos,& nostrã sedẽ Apostolicã constituto.Vñ tot guerraꝝ strages,tot rapinę,tot homicidia,tot ĩcẽdia suborta sunt.Sed tandẽ clemẽtissimus deus sua misericordia fauit parti iustiorẽ cãm habẽti, quia nostro vero dñio,& sub nostro legato ciuitas ipsa est subiecta.Ipsi insup de singulis Romanę curię officijs inter seipsos disponere non sunt veriti ꝓsidẽtes ad ꝓsidẽdum eoꝝ, vt gñali Concilio deputãdo nr̃is penitus præsidẽtibus spretis,cum qbus potuissent,ac debuissent canonicã synodũ facere, & firmare,causaꝝ etiã auditores à seipsis constituerũt,qd' nusquã visum est pontifice summo Romanę curiã tenẽte,dum extirpationẽ hæresum,reformationẽ moꝝ,pacẽ'ꝙ Christicolaꝝ vniuersam intẽti eẽ deberẽt singuloꝝ causas particulares studẽt potius vẽtilare.Exercitium etiã vicecãcellariatus officij vni ex ipsis contra nostrã volũtatẽ tribuere ꝓsumpserunt,ac etiã gñalia siue publica consistoria celebrare,omniaq; attẽtare non formidãt,quę tãtummodo sunt nobis,ac sedi apl'icę specialiter reseruata,pinde ac si vniuersæ carnis viã eẽmus ingressi,vel si oĩs ponti ficalis summæ dignitatis ptãs eẽt nobis adhuc viuẽtibus,& in Petri sede legitime constitutis apud ipsos deuoluta,qd' assseuerare ẽ hæreticum,& ꝑphanum,cum ptãs apud nos,& ipsos,& sic duos in solidũ eẽ non possit.Quia imaginarĩ nõ possumus q̃ authoritate,quo iure nobis in sede Apostolica consistẽtibus bñficia conferãt, nisi ꝙ vsurpãt contra iustitiã iura nostra.Et qd' detestabilius est illa quæ in nr̃is ꝑdecessoribus malefacta damnãt monasteriorꝝ religiosorum secularibus clericis administratões cõcessas ipsi ad instantiã cuiusdã principis secularis fecerunt.Nã officiũ gñalis humiliatoꝝ,&illius ordinis monasteriũ principale cuidã seculari clerico in cõmendã,siue administrationẽ cõcesserũt.Quã rem exẽplo veluti ꝓnicioſam ꝑ antea facere recusauimus.Ipsi vero vt eꝑos habeãt cõtinuo cognita cõtraria volũtate facere tẽtauerẽt &sub tali eoꝝ colorato titulo clericus añdictus in dicta administratõe ĩtrusus ẽ.Ita vt dici possit ꝙ ferè cẽtũ monasteria regularia q̃ sub officio gñalis dicti ordis regulari debuissent,sub vnius clerici secularis sint admĩstratõe suppositа,q̃ q̃tũ iuri,quãtum honestati,q̃tũ bonis moribus cõueniãt qs'q; prudẽs animaduertere ꝑt.Postremo tandẽ vltra aliud qd' nos,& plurimos frẽs nostros sanctæ Rom.Ecclesiæ cardinales citare conati sunt, etiã postq̃ decreuimus ibidẽ Basileæ debere cõciliũ agitari.Nos etiã ab administratõe summi põtificis suspẽdere freti sunt vt ad ipsos possent saltẽ de facto ipam nr̃am summi põtificis ptãtẽ aduocare,&ei⁹ admĩstrationẽ exercere cõferẽdo bñficia,vel officia,& alia faciẽdo q̃ nob tm̃ sunt à iure cõcessa siue ꝓmissa.Iste

ergo

ergo sunt causæ, q̃re cõtinue Basileæ fuisse conciliũ per nos declarare cupiunt. Isti sunt q q̃m eorꝝ vota pati nõ volumus de nobis tot mendacia cõfingũt. Istæ sunt hæreses q̃s extirpare cupiunt. Istæ sunt reformatões debitę, q̃s in dei ecclesia introducũt, & pax, & trãquillitas q̃s vniuersis Chr̃i fidelibus disponũt, qa inter seipsos potestatẽ nostrã diuidũt, & sibĩ ipsis ascribere cupiunt, vt q̃ bñficia vel officia, siue honores, q̃s à nobis cõsequi nõ valuerunt, scindendo dei ecclesiã cõsequant. Absit igit̃ à nobis, absit vt talẽ declarationẽ faciamus, & q talia gesta comprobemus, prius est em̃ vt nõ solũ põtificatũ, vel partẽ eius, sed amimã tollãt q̃ fidẽ catholicã nobis auferãt. De hoc aũt vero ad ostendẽdã nostrã syncerã & purissimã intentionẽ quã habemus, vt cõciliũ fiat, & q oĩa ad finẽ debitũ pducant cõtenti sumus, & volumus pure & simpliciter cõtinue fuisse cõciliũ. Ita tñ q oĩa gesta, & attẽtata cõtra nos, siue sedis aplicæ libertatẽ, vel priuilegia, sanctæq; Romanæ ecclesiæ cardinales, ac nobis adhærẽtes, prout de facto fecerunt, sic de facto ante oĩa reuocent. Nostrosq; legatos iuxta iuris regulas p̃sidẽtes admittãt. Obĵciunt etiã nobis ac admirari videnṫ, q Basileæ iussimus sacrã synodũ celebrari, ac mãdauimus cũ cõcilĵ cõsilio agẽda p p̃sidẽtes p̃fici. Dicimus q cõciliũ dũtaxat potẽs ẽ, ipsos aũt p̃sidentes seq necesse est, & ideo si cõciliũ dictaret, siue cõsuleret aliq̃d ecclesiæ expedire, p̃sidentibus vero nõ placeret, hoc ipm̃ fieri minime posset sic q de iudice cõciliũ cõsiliarius formaret. Sed hi sic dicẽtes, si nulla iura vidissent satis esset. Nã si ipsi oĩa mundi iura pcunctent, oĩa volũt q q̃ in cõcilio statuunt, declarant, seu sanciunt à papa, vel eius legato cõstituant atq; ,p mulgent sacro cõcilio cõsulẽte, siue etiã approbãte. Nã si papa, vl legatus eiusdẽ nollet disponere aliq̃ cõtra cõciliũ affectaret papæ sn̄ia, vel eius legati p̃sonã summi põtificis rep̃sentãtis nõ cõcilĵ volũtas sequẽda foret, cũ sup oĩa cõcilia papa habeat potestatẽ, nisi forte q̃ statuẽda forẽt, catholicã fidẽ respicerẽt, vel si nõ fierẽt, statutũ vniuersalis ecclesiæ principaliter pturbarẽt, qa tunc cõcilĵ sn̄ia esset potius attendenda. Verba igit̃ nostrarꝝ literarꝝ secundum iuris formã interpretanda sunt, vt q̃ ad solũ cõciliũ spectarẽt q̃ sunt numero plurima, cũ cõcilio expediant, & fiãt, alĵ vero iuris tramites imitent. Et hoc est in q̃ potissime fallunt q Basileæ conueniunt. Nã credunt in singulis agendis esse iudices supra pontificẽ q eorꝝ actiones demonstrãt. Nã si singulis se nobis superiores reputãt, q tamen asseuerare est hæreticũ, & prophanũ obmutescãt igit̃ & noscãt, q etiã sic cũ cõcilio fieri mãdauit, se. re. Martinus noster proxim⁹ p̃decessor. Nec velint nostrã purã intentionẽ in singulis lacerare, quã etiã cũ alĵs lacessere conant, asseuerãtes nostrã ad summi apostolatus apicẽ nõ fuisse canonicã electionẽ. Sed o misericors deus, cur oculos tuæ piæ iustitiæ cõtra p̃fatos nõ cõuertis. Nã plurimi ex his q talia proferunt, sunt q nos in Petri cathedrã dirigentes intronizauerunt, isti nos cõsecrauerũt, isti nos coronauerunt. Et aliqui ex eis, vt à vero Christi vicario pontificatus insignia susceperũt. Alĵ vero ex eis fere oẽs gr̃as, siue bñficia plurima sunt adepti, & nos annis plurimis pro summo vero põtifice venerati sunt. Igit̃ imaginari nõ possumus q̃ fronte, q̃ audacia, q̃ colore possint nostrã catholicã electionẽ in dubiũ reuocare, p̃sertim cũ ipsorꝝ allegent maximã turpitudinem. Quare principes christiani religiosissimi, vosq; alĵ christicolę orthodoxi p viscera miscdiæ dñi nr̃i Iesu Christi p̃fatos Basileæ cõueniẽtes adhortemini, vt desistẽtes ab inceptis velint nostros p̃sidẽtes admittere, vt canonicã synodũ facientes, possint bona illa, propter q̃ sacꝝ conciliũ est instit̃utũ, debite executõi demãdare. Qd̃ si secus (q̃d absit) fecerint, & dei ecclesiã scindere, vt hactenus sunt conati, cõcupierint, nec cũ p̃sidẽtibus intẽdere reformatiõi ecclesiæ studuerint, tũc vos Christicolas, principes iterꝝ p eiusdẽ miscdiam obsecramus, q pro nobis mortẽ subĩt tpalẽ, vt velitis eorꝝ improbis conatibus pro posse resistere, præsertim ne schisma nephãdissimũ in dei ecclesia oriat. Nã hoc ad principes ptinet seculi christianos, vt eorꝝ tpibus pacatã velint esse matrẽ ecclesiã, vnde sunt spiritualiter nati, q psalmigraphũ verbũ ostendit cũ inqt: Et nunc reges intelligite, erudimini q iudicatis terrã, Seruite dño &c. Sed qũo seruiunt principes in timore, nisi ea q̃ cõtra matrẽ ecclesiã, & iussa dñi sunt religiosa seueritate prohibendo atq; plectẽdo? Agite igit̃ viriliter, agite aduersus Chr̃i vineã & agrũ dñicũ deuastare cupiẽtes, nec pmittere velitis q̃d sine autoritate põtificis cõciliabula nõ conciliafiãt. Q̃m̃ in futurꝝ eẽ posset exẽplũ pniciosissimũ, vt decẽ siue plures ad libitũ sine apostolicę sedis autoritate, aliquo ĩ loco p̃lati cõuenirẽt, scãdalizarẽtq; populũ christianũ orthodoxũ, ac cõtra Christi vicariũ pro libito resilirent, ac resistẽtes malis actõibus eternã gloriã mereamini. Datũ Romę apud S. Laurẽtium in Damaso. Anno incarnatõis dñicę. M. CCCC. XXXIII. Idus Septẽbris, pontificatus nostri anno tertio. Nulli ergo oĩno hoĩm liceat hãc paginã nostrę constitutionis, declaratõis, prosecutõis, intẽtionis, cassatõis, reuocatõis, irritatõis, annullatõis, voluntatis, reductõis, & mãdati infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si qs autẽ hoc attentare p̃sumpserit indignationẽ oĩpotẽtis dei, & beatorꝝ Petri & Pauli apostolorꝝ eius se nouerit incursurũ. Datum Romę apud S. Petrum, Anno dominicę incarnationis Millesimo qua-

dringẽtesimo tricesimotertio Calen. Ianuarij, põtificatus nr̃i anno tertio. Ego Iordanus epʒ Sabineñ. manu propria subscripsi. Ego Anthonius tituli S. Marcelli manu propria subscripsi. Ego Lucidius cardinalis de comite manu ꝓpria subscripsi. Datũ in sessiõe publica in ecclesia maiori Basiliẽ. solẽniter celebrata Nonas Febr. Anno à nati. dñi. M.CCCC.XXXIIII.

¶Die sabbati. xxiij. Aprilis. M.CCCC.XXXIIII. in cõgregatione gñali dñi legati sctissimi dñi nostri incorporati sunt sacro cõcilio, noĩbus priuatis, vt sequit, videlicet reuerendiss. reuerendiʒ patres, dñi cardinalis sanctæ crucis, archiepiscopus Tarentinus, episcopus Paduanus & abbas sanctæ Iustinæ, &c.

¶Oratores sctiss. dñi Eugenij papæ q̃rti in eoʒ incorporatiõe iurabũt noĩbus propriis, fideliter laborare pro statu & honore huius sacri cõcilij Basiliẽ. & eius decreta defendere & manu propria tenere, & specialiter decretũ sacri concilij Cõstañ. cuius tenor sequit, & est talis: Primo, q̃ gñalis synodus in spũ sctõ legitime cõgregata, gñale cõciliũ faciẽs, ecclesiã catholicã militãtẽ repsentans potestatẽ à Christo ĩmediate habet, cui q̃libet cuiuscũq; status vel dignitatis etiã si papalis existat obedire tenet in his quæ ptinent ad fidẽ & extirpationẽ schismatis & ad gñalem reformationẽ ecclesiæ in capite & in mẽbris. Itẽ declarat q̃d q̃cunq; cuiuscũq; status vel dignitatis, etiã si papalis existat, q̃ mãdatis, statutis siue ordinationibus aut ꝓceptis huius sanctæ synodi & cuiuscunq; alterius concilij gñalis legitime congregati sup ꝓmissis seu ad ea ptinentibus factis vel faciẽdis obedire cõtumaciter cõtempserit nisi resipuerit condigne pœnitẽtiæ subĳciat & debite puniat etiã ad alia iuris subsidia si opus fuerit recurrendo. Itẽ iurabũt dare sanũ & salubre consiliũ secundũ deũ & conscientias suas, & nõ reuelare vota singuloʒ & in quantũ ex hmõi reuelatõe verisiliʒ posset oriri aliq̃d odiũ vel scãdalum &c. Et nõ recedere à loco huius sacri cõcilij sine licentia obtenta à deputatis eiusdem.

¶Sessio decimaseptima de admissione ꝓsidentiũ dñi nr̃i papæ Eugenij quarti.

B Sacrosancta gñalis synodus Basilieñ in spũ sancto legitime congregata vniuersalẽ ecclesiam repsentãs. Dilectos ecclesiæ filios Nicolaũ tituli sanctæ crucis in Hierusalem pbr̃m Iulianũ sancti angeli diaconũ sanctæ Romañ. ecclesiæ Cardinales, & venerabiles Iohannẽ archiepm Tarentinũ, & Petrũ episcopũ Paduanũ, ac dilectũ ecclesiæ filium Ludouicũ abbatẽ sctẽ Iustinæ Paduanæ tm̃ admittit in ꝓsidentes in hoc sacro noĩe cõcilio, noĩe, vice & loco sctissimi dñi Eugenij papæ quarti cũ infrascriptis cõditõibus, & clausulis plenissimũ robur & effectũ p oĩa habituris, videlicet sine vlla iurisdictiõe coactiua, saluo etiã modo ꝓcedẽdi in hoc sacro cõcilio hactenus obseruato, præsertim q cõtinet in ordinationibus huius sacri cõcilij q̃ incipiũt. Primo sint q̃tuor deputatões sicut sunt inter ꝙs omnes de cõcilio distribuant equaliter quantũ fieri poterit &c. ordinat etiã q̃ ꝓter feriã sextã in q̃ ordinaria est cõgregatio gñalis nõ possit fieri alia nisi fuerit cõclusum prius p tres deputatiões ad minus. Et tũc intimet ipis ꝓsidẽtibus vel alteri ex eis q̃d ponãt schedulas. Et si nõ fecerit vn ex ꝓmotoribus cõcilij, vel vnus ex deputatoribus q̃cũq; sic ponat schedulas. Et oẽs de concilio veniãt ad cõgregationẽ, alias si nõ fuerit cõclusum p tres deputatões, nullus ad ipam cõgregationẽ accedat. Et q̃quid ibi factũ fuerit nullius sit roboris, & idẽ de sessione. Itẽ q̃d lectis in cõgregatõe gñali his q̃ concluſa sunt p deputatões primus inter ꝓsidentes ibidẽ pñtes etiam aliʒ, vel alio ex eis absentibus cõcludat iuxta ordinatões sacri cõcilij. Quod si nolit ipse aut alius de præsidẽtibus ibidẽ præsentibus facere, tũc ꝓximior prælatus subsequẽs in ordine cõsidẽdi concludat. Et ipso nolente alius succesiue faciat. Et si forte nullus de ꝓsidentibus veniat ad cõgregationẽ, vel ad sessionẽ gñalis concilij, tunc primus prælatus (vt præmittit) ꝓ illo die faciat officiũ præsidentis. Itẽ quod oĩa acta huius sacri concilij sicut hactenus est obseruatum fiãt & expediant sub noĩe, & Bulla ipsius concilij. Datũ in sessione publica in ecclesia maiori Basilieñ. solẽniter celebrata. vi. Calendas Maij. Anno dñi. M.CCCC.XXXIIII.

¶Sessio decimaoctaua, sup innouatione decreti concilij Constãtiensis.

C Sacrosancta gñalis synodus Basilieñ in spũ sctõ legitime cõgregata vniuersalẽ ecclesiã repsentãs. Ad ꝑpetuã rei memoriã. Ad magnã ecclesiæ catholicæ vtilitatẽ ptinere dignoscit, vt ipsius autoritas (cui oẽs subesse tenẽt) i sacro oli Cõstã. cõcilio declarata sꝑpius manifesteť, & ad oĩm notitiã ꝓducat, & quẽadmodũ nõnulla cõcilia præcedentiũ synodoʒ salubres institutões & declaratões renouare cõsueuerũt. Ita & hæc sctã synodus necessariã illã declarationẽ de gñali cõcilioʒ autoritate in dicto Cõstãtieñ. concilio ꝓmulgatã sub eodem q sequit tenore innouat. ¶Primo quod gñalis synodus in spũ sancto legitime cõgregata gñale concilium faciens ecclesiã catholicã militãtem repsentãs, ptãtem à Chr̃o immediate habet cui quilibet cuiuscũq; status vel dignitatis, etiã si papalis existat obedire tenet in his quæ ptinent ad fidẽ ad extirpationẽ schismatis. & ad gñalem reformationem ecclesiæ in capite & in mẽbris. ¶Item declarat q̃d q̃cunq; cuiuscunq; status vel dignitatis, etiam si papalis

palis existat q̃ mãdatis, statutis, siue ordinationibus, aut p̃ceptis huius sacrosanctæ synodi, & cuiuscũq; alterius cõcilij gñalis legitime congregati super p̃missis seu ad ea pertinẽtibus factis vel faciendis obedire cõtumaciter cõtempserit, nisi resipuerit, cõdignæ pœnitẽtiæ subijciat, & debite puniat, etiã ad alia iuris subsidia (si opus fuerit) recurrendo. Datũ in sessione publica in ecclesia maiori Basilieñ, solenniter celebrata, v. Calen. Iulij, Anno à natiuitate dñi. Millesimo quadringentesimo trigesimo quarto.

¶ Sessio decimanona sacri cõcilij Basilieñ. celebrata die Martis. vij. Septẽbris, in q̃ fuerunt pronuntiata decreta in materia Græcorũ, necnõ Iudæorũ & Neophitorum.

SAcrosctã gñalis synodus Basilieñ. in spũ sctõ legitime cõgregata, vlẽm ecclesiã repre- A
sentãs. Ad ppetuã rei memoriam. Sicut pia mater pro filiorũ salute semp anxia est, nec vnq̃ quiescit, donec, si q̃ inter ipsos dissensio sit, sopita fuerit. Sic & multo amplius sancta mater ecclesia q̃ filios ad ppetuã vitã regenerat, omni conatu laborare cõsueuit, vt oẽs q Christiano noĩe cẽsent, sublato omni dissidio, eãdẽ fidei vnitatẽ, sine q̃ salus esse nõ potest, fraterna charitate custodiãt. Quãobrẽ huius sanctæ synodi ab initio suæ cõgregatõis p̃cipue cura fuit recẽs, illud Bohemorũ, antiquũq; Græcorũ dissidiũ prorsus extinguere, & eos nobiscũ in eodẽ fidei & charitatis vinculo ppetuo copulare. Bohemos igit̃ viciniores primo, deinde Græcos p nr̃as l̃ras & oratores pro sctã vnione faciẽda cũ omni charitate ad hoc sacrũ cõciliũ vocauimus. Et q̃q̃ Bohemorũ negotiũ multi ab initio nõ solũ difficile, sed pene ip̃ossibile æstimarẽt, nostrosq; tanq̃ supuacuos & inutiles iudicarẽt labores. Attamen dñs nr̃ Iesus Chrũs, cui nihil impossibile est, sic salubriter ipsam rẽ vsq; ad hãc diẽ direxit, vt multo amplius hęc ipsa Bohemorũ vocatio ecclesię sanctę profuerit, q̃ multi potẽtissimi exercitus q sæpe Bohœmiã armata manu ingressi sunt. Quę res eo ampliorẽ spem nobis p̃bet, vt hãc Græcorũ vnionẽ cũ omni fiducia & cõstãtia ꝓseqũmur. Quod qdẽ eo libẽtius aggredimur quo ipsos ad hãc vnionẽ plurimũ affectos cõspicimus. Vt primũ em̃ serenissimus Græcorũ imperator, & patriarcha Cõstãtinopolitanus per nostros req̃siti sunt oratores, mox tres insignes viros de his q apud eos magnæ videnť autoritatis. Quorũ primus ip̃m ip̃eratorẽ consanguinitate attinet ad hãc sanctã synodũ destinarũt sufficiẽti ipsius ip̃eratoris mandato cũ bulla aurea & eius manu propria subscripta, ac patriarchæ literis munitos, q tã in generali congregatõe, q̃ corã cõmissarijs nostris feruẽtissimũ imperatoris & patriarchæ totiusq; ecclesiæ orientalis ad hãc vnionẽ desideriũ exponẽtes, nos mirũ in modũ ad tã sancti operis prosecutionẽ pulsant, ac q̃tidie excitãt. Duo inter alia firmiter cõstãterq; asserẽtes, vnionẽ ipsam, nisi in synodo vniuersali, in qua tã ecclesia occidentalis q̃ orientalis cõueniat, fieri nullatenus posse. Et in ea synodo, fi fiant, vt infra conuentũ est oĩno ipsam vnionẽ secuturã. His auditis, summa nobis lætitia ac iocũditas nimirũ accessit. Quid em̃ ecclesiæ catholicæ felicius, gloriosiusq; cõtingere vnquã posset, q̃ q̃ tot orientales populi q nũero hoĩm ab his q nr̃æ fidei sunt nõ multũ distare videntur, in eadẽ nobiscũ fidei vnitate cõiunganť? Quid vtilius aut fructuosius ab exordio nascentis ecclesiæ populus Christianus vidit vel audiuit, q̃ q̃ tã diuturnũ, pniciosumq; schisma penitus extirparet? Vnde & aliã reip. deo propitio vtilitatẽ accrescere cõfidimus, q̃m ex hac vnione cũ facta fuerit plurimos ex nephãda Mahumæti secta ad fidẽ catholicã cõuerti sperandũ est. Quid igit̃ pro tã pijs ac salutaribus rebus p Chr̃i fideles tẽtãdũ, faciẽdũq; nõ esset? Quis catholicus pro tãto noĩs Christiani & orthodoxæ fidei incremẽto, nõ mõ caducã huius mũdi substãtiã, sed & corpus & animã exponere nõ deberet? Quocirca omnẽ cogitatũ nostrũ iactãtes in deũ q facit mirabilia magna solus. Venerabiles sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinales p̃sidentes sedis apostolicæ patriarchã Antiochænũ, archiep̃os, ep̃os, abbates, magistrosq; & doctores in numero cõpetẽti deputauimus, vt vna cũ ipsis Græcorũ ambasiatoribus rẽ istã tractare, & q̃ ordine ad executionẽ deducenda esset, prospicere deberent, q tã ardenter inter se, q̃ cũ ipsis oratoribus sæpenumero cõuenientes, habito inter se digesto cõcilio ad ĩfrascripta cũ ipsis deuenerũt capitula, q̃ postea secũdũ morẽ huius sacri cõcilij p sacras deputatões mature deliberata, ac deinde p gñalẽ cõgregationẽ cõclusa, firmataq; solẽniter extiterũt. Quorũ tenor vnà cũ mãdato ipsius dñi imperatoris sub bulla aurea sequit̃, & est talis.

¶ Ambasiatores serenissimi dñi imperatoris Græcorũ, & dñi patriarchæ Cõstãtinopolitani, vi- B
delicet dñs Demetrius, Prothonotiarius, Paleologus, Methotides. Venerabiles, Isidorus abbas monasterij sancti Demetrij, & dñs Iohãnes deputatus eiusdẽ imperatoris familiaris, cõuenientes cũ dñis deputatis sacri cõcilij. Primo exposuerũt, Quod si ecclesiæ occidẽtali placeret vt hæc synodus Cõstãtinopoli celebraret, ecclesia orientalis propriꝰ expẽsis ibidẽ cõueniret, nec oporteret vt ecclesia occidẽtalis p̃latis orientalibus aliquas expẽsas faceret. Quinimõ ipse dñs imperator, in qbus posset prælatis latinis Constãtinopolim venturis subueniret. Sin autẽ placeret, vt prælati ecclesiæ orientalis ad terras latinorum pro prædicta synodo accederent,

necessariū foret propter legitimas causas, vt expēsis ecclesiæ occidētalis venirēt. Et cū dictis dñis deputatis, videret multis de causis hāc vnionē posse fieri cōmodius in hac ciuitate Basilieñ. vbi actu cōciliū cōgregatū est sæpe ac multū apud ipsos oratores institerūt, vt hic locus p hac sctā vnione eligeret, offerētes impensas ad hoc necessarias. Sed ipsis oratoribus rñdentibus, q cū instructiōes limitatę de certis locis p ipsos imperatorē & patriarchā eis datę sint, nō possunt hūc locū eligere q in ipsis instructiōibus noīatus nō esset, Dñi deputati sacri concilij cognoscētes sanctā ac perfectā ipsius concilij intentionē, quæ est, vt pro honore dei & profectu fidei catholicæ nullis parcat laboribus & impēsis iudicarunt nō expedire, vt propter locū dūtaxat tantū bonū negligeret. Acceptarūt igit, si placet sacro cōcilio vnū de locis inferius nominādis, cū hoc quod sicut inferius est, cōuentū mittant aliq vel aliqs ad ipsum dñm imperatorē, patriarchā, & alios, qbus persuadeāt per efficaces rōnes, vt in hac ciuitate Basilieñ. velint assentire. ¶ Loca noīata sunt, Calabria, Anchona, vel alia terra maritima, Bononia, Mediolanū, vel alia ciuitas in Italia. Extra Italiā, Buda in Hungaria, Vienna in Austria, & ad vltimū Sabaudia. Cōuenerūt tādē dicti dñi deputati cū ipsis dñis ambasiatoribus ī his q sequunt, si sacro cōcilio placeāt. ¶ Primo, dicti ambasiatores, pmiserūt q ad hmōi synodū cōuenient imperator Græcor & patriarcha Cōstātinopolitanus, & cæteri tres patriarchæ & archiepi, & epi, & alij ecclesiastici, q cōmode venire poterūt. Silr veniēt ab oībus regnis, & dñis q subij ciunt ecclesiæ Græcor cū plena ptāte & mādato vallato iuramēto, & alijs clausulis opportunis tā ex parte secularū dñor q plator. ¶ Itē, q mittat vnus vel plures ambasiatores ex parte sacri cōcilij cū octo milibus ducator pro faciēda cōgregatōe plato ecclesię oriētalis ad Cōstātinopolim, q octo millia expedient ab ipsis ābasiatoribus sacri cōcilij, put dño īperatori & ipsis ābasiatoribus sacri cōcilij videbit. Ita tñ, q si dicti plati nollent Cōstātinopolim venire, vel postq in Cōstātinopolim venerint, nollēt ad synodū pdictā accedere, tūc teneat dñs īperator reddere dictis ābasiatoribus sacri cōcilij quicqd pro ea re expenderint. ¶ Itē, q ecclesia occidētalis soluat expēsas q tuor galear grossar, q duæ sint de Cōstātinopoli, & duæ aliūde pro cōcludēdo, dū tēpus erit ad portū nostr & reducēdo Cōstātinopolim dñm īperatorē, & patriarchas, & platos ecclesię oriētalis cū suis vsq ad nūer septingētar psonar. Quib ipsa occidētalis ecclesia īpensas faciet hoc mō. Quia, p expēsis ipsius īperatoris, & ipsar septingētar psonar à Cōstātinopoli vsq ad portū nostr vltimū dabit ipsi īperatori qndecim millia ducator. A dicto aūt vltimo portu vsq ad locū dictæ synodi, & deīde q diu manebūt ī synodo, & vsq ad reuersionē ipsor ad Cōstātinopolim faciet dicto īperatori cū dictis septigētis psonis īpēsas honestas. ¶ Itē, q infra decē mēses incipiēdo à mēse Nouēbris proxie sequēti teneat facr cōciliū mittere duas galeas grossas, & duas subtiles versus Cōstātinopolim cū trecētis balistarijs. Sup qbus galeris erūt ambasiatores sacri cōcilij, & dñs Demetrius, Prothonostiarius, Palealogus primus de ipsis ambasiatoribus dñi īperatoris. Qui qdē ambasiatores sacri cōcilij habebūt secū qndecim millia ducator dāda dño īperatori pro expensis suis & patriarchar, & plator, ac alior venientiū vsq ad nūer septingētar psonar faciēdis à Constātinopoli vsq ad portū vltimū, ad quē debebūt applicare, vt supra. ¶ Itē, p dicti ambasiatores sacri cōcilij ituri, cū pdictis galeis ordinabūt, q decē milia ducator erūt parata ad exponē dū, si necessariū fuerit pro custodia ciuitatis Cōstātinopolitanæ propter periculum qd posset interuenire à Turcis ciuitati tpe absentiæ dicti īperatoris, q pecuniæ exponētur p aliquē ex dictis ambasitoribus sacri cōcilij deputādis, prout necessitas fuerit. ¶ Itē, ordinabūt p dicti ambasiatores sacri cōcilij de expēsis duar galear subtiliū, & trecēt balistarior pro custodia ciuitatis Cōstātinopolitanæ, tpe absentiæ dñi imperatoris, & q gentes dictar galear, & ipi balistarij iurabūt in manibus īperatoris fideliter se habere. Et capitanei eor sint qs imperator instituerit. ¶ Itē, q pdicti ambasiatores habeāt expensas duar galear grossar, tot qt expendi cōsueuerunt in armādo tales galeas. ¶ Itē, q hmōi ambasiatores sacri concilij ituri cum prædictis galeis ad Cōstātinopolim nominabunt dño imperatori portū, ad quē vltimo debebit applicare, & locū vnum de p̄nominatis in quo esse debeat dicta vniuersalis synodus. Laborabunt tamen cū omni instātia, vt ciuitas Basilieñ. eligat, prout sperādū est. ¶ Itē, q hoc sacrum Basilieñ. cōciliū interim stabit in Basilea firmiter, nec dissoluet, legitimo impedimento cessante, q interueniente (quod deus auertat) pro cōtinuatione sui, iuxta dispositionē capituli. Frequēs, ad aliā ciuitatē se trāsferet. Et in quo dñs imperator non cōtentaret, de isto loco tūc infra mēsem postq præfatus dñs imperator applicuerit ad dictū portum vltimum sacrū concilium se trāsferet ad vnū de prædictis locis nominatis per ipsum sacrū cōcilium (vt supra dictum est) eligendū. ¶ Itē, q in omnē euentum prædicta omnia vtrinq; adimpleant. ¶ Item, q prædicta oīa fiāt firmiori modo, & cum maiori robore & securitate quo fieri possunt per sacrum concilium, videlicet per decretum & sub bulla. ¶ Item, q prædictis omnibus conclusis

& con

& cõcordatis, ac (vt p̃mittit) firmiter roboratis, summus pontifex expressum p̃beat assensum p̃ suas patẽtes bullas. Et q̃ oĩa prædicta oĩa & singula intelligi debeant bona fide sine dolo & fraude, & absq; impedimẽto legitimo & manifesto. ¶ His oĩbus adimpletis, dicũt supradicti ambasiatores Græcor̃ & promittũt q̃ omnino venient, etiã si bellũ foret & instaret ciuitati. Et ob ea r̃ oĩm re r̃ cõfirmatione tradẽt mandatũ præfati imperatoris sub bulla aurea sacro cõcilio, & pro p̃fato imperatore ipsi & alij iurabũt scribẽdo & subscribẽdo propter firmã & verã fidẽ, quod fieri debeat cũ deo vniuersalis sctã synodus, si mors imperatoris nõ interuenerit, aut impedimentũ aliq̃d manifestũ & ver̃ quod fugi, vitariq; nõ posset. ¶ Postremo, petitũ est ab ipsis ambasiatoribus Græcor̃, vt exponerent quædã noĩa in eor̃ instructionibus contenta. Et primo qd intelligunt per verbũ synodus vniuersalis. Rñderunt q̃ papa & patriarchæ sint in dicta synodo p̃ se vel procuratores suos, similiter & alij prælati sint ibidẽ vere vel p̃sentatiue promittentes (vt supra) qa dñs imperator Græcor̃ & patriarcha Cõstãtinopolitanus intererunt personaliter, liberi & inuiolẽti, hoc est, q̃ vnicuiq; liceat libere dicere iudiciũ suũ, sine cuiusq̃ impedimẽto vel violẽtia, sine cõtẽtione, hoc est sine contentiõe rixosa, & cõtumeliosa. Nõ tñ excludunt disputationes & collocutiões necessariæ, pacificæ, honestæ, & charitatiuæ. Apostolica & canonica hæc noĩa qũo intelligi debeãt, & de mõ procedẽdi ĩ synodo remittũt se ad ea q̃ ipsa vniuersalis synodus declarabit & ordinabit. ¶ Itẽ, q̃ imperator Græcor̃ & eor̃ ecclesia habeat honores suos, hoc est, q̃s habebat tpe exorti p̃sentis schismatis, saluis semp iuribus, honoribus, priuilegijs, & dignitatibus summi põtificis, & Romanę ecclesię imperator̃. Et q̃ si qua dubitatio oriat, stetur declaratõi vniuersalis concilij p̃fati.

¶ Sequit tenor mãdati dñi impatoris sub bulla aurea, de Græco in latinũ trãslati.

¶ Qñ missi fuerũt ad sacrosctm̃ cõciliũ gñale Basilieñ. nr̃i & imperij nostri ambasiatores familiaris nr̃ Prothonostiarius, Demetrius, Paleologus, Methotides, & honorãdissimus in sacris monachis abbas sacri monasterij scti Demetrij, & familiaris nr̃ Iohãnes dissipatus ad cõstitutionẽ à nobis solicitati gñalis & Icomenici cõcilij pro vnione p̃meditata ecclesiar̃ Chr̃i, & dedimus eis ambasiatoribus p̃fectã & plenã potestatẽ, & Bayliam sup & in p̃dictis mãdat, diffinit & ordinat imperiũ nostr̃ per p̃sens Crisobolũ suũ, q̃ oĩa & singula illa q̃ ordinauerint, p̃miserint, iurauerint, fecerint, & cõstituerint per scripturã siue scripturas sup p̃dictis, p̃fati nr̃i ambasiatores reputent̃ à nostro imperio & affirmata sint tanq̃ si à persona nostra p̃sentialiter facta, ordinata, promissa, & iurata forẽt. Et si cõtingeret impedimentũ aliq̃d vel mors in aliq̃ dictor̃ ambasiator̃, tũc q̃ factũ est, & promissum erit p̃ duos ex eis firmũ & validũ sit, tanq̃ si per oẽs tres factũ foret. Et in robur & firmitatẽ p̃dictor̃ iurat imperiũ nostr̃ per iuramentũ debitũ, & concedens nobis tanq̃ christiano fideli imperatori, & per orationẽ & bñdictionẽ sancti mei imperatoris dñi & patris nostri felicis memoriæ, & per animã meã, factũq; est p̃sens Crisobolũ imperij nostri. A mundi creatione. Sexiesmillesimo nõgentesimo quadragesimosecũdo. Et dñi nostri Iesu Christi natiuitate Millesimo quadringẽtesimo trigesimotertio, die. xi. Nouẽbris, Cõstãtinopoli in palatio nostro imperiali. Et subscriptum literis rubeis manu nostra propria, more imperiali, cum pendente aurea bulla.

¶ Litera domini patriarchæ Constantinopolitani, de Græco in latinum translata sub bulla plumbea, & est talis.

ponẽtes in dño, cui⁹ negotiũ agit, & in charitate ac deuotõe fideliũ, q dũ talia ĩtellexerĩt subsidijs & auxilijs opportũis nõdeerũt. Si Chr̃us deus nr̃ sanguinẽ suũ toto ꝑcioſiorẽ mũdo ꝓ nr̃a redẽptõe effudit. Si eius veſtigia ſecuti Apoſtoli atq; alij ſancti viri ꝓ ſalute proximor̃ & incremẽto fidei corpora ſua libẽter morti obiecerũt, qd nos facere oportet à qbus nõ niſi caduca huius mũdi ſubſtãtia efflagitat? Si reges & prĩcipes ꝓ recuperãdis expugnãdisq; ciuitatib⁹ & oppidis multo ampliorẽ ſummã exponere ſoliti ſint. Si deniq; ꝓ augẽdis facultatibus & vanitatibus ſeculi ſe & ſua multis piculis hoĩes ſubijciũt, & vt exẽplo vtamur ſaluatoris. Quærẽs aliqs ꝑtioſam margaritã cũ inuenerit ipam, vẽdit oĩa bona ſua, & emit illã, nõne eccleſia dei, & vniuerſus populus Chr̃ianus facere hãc ĩpenſam poterit & debebit, ex q̃ nihil terrenũ, nihil caducũ, ſed oĩa q̃ ſupra memorauimus, bona ſuccedãt. Si vna dũtaxat aĩa Chr̃o charior ẽ, q̃ totũ mũdi aur̃, nos vbi milia miliũ ſaluãdi ſunt, auari, aut negligẽtes videbimur. Cõſueuit aliqñ Eccleſia ad liberãdum de manibus ĩfideliũ terrã ſanctã, ſeu ꝓ debellãdis hæreticis ĩdicere gñale paſſagiũ, cõuocareq; reges, & prĩcipes, & alios bellatores, vt armis iſta pagerẽt, necnõ & ꝓ alijs iuſtis cauſis ab oĩbus Chr̃ianis ſubſidiũ poſtulare, ad q̃ vt prõptiores efficeret donis ſpũalibus plenariæ remiſſionis pctõr̃ inuitauit. Profectò ſi vetes reuoluant hiſtoriæ, nulla vnq̃ affuit cã iuſtior q̃ iſta eſt, nec pro qua Chr̃icolæ omnes ſe & ſua libẽtius exponere deberẽt. Hic em̃ non ſolum ad recuperandã terram intẽdit, ſed etiã milia miliũ aĩar̃ pro qbus mediocre ſubſidium petit, vnde impẽſe Græcis promiſſione ſine qbus tam ſanctũ opus ꝑfici nequit, inueniri poſſint. Quis igit pro tanto vniuerſæ Eccleſiæ bono, proq; tanto ſuo aĩæ merito portiunculẽ rer̃ ſuar̃, quas dono dei obtinet, denegare audebit. O felicẽ & ꝑcioſam eleemoſynam quæ regnum cœlor̃ promerebit, & quæ tantam fidei catholicæ vtilitatẽ dabit. O btm̃ illum hominum quẽ dñs ad ſanctum opus inſpirauerit. Hunc quidẽ ſicut ſcriptum eſt, in die mala liberabit dominus. Licet autẽ ex debito Chriſtianæ profeſſionis quisq; ad hoc ſanctum negotium ꝓ viribus contribuere ab ſubuenire obnoxius ſit, nihilominus vt eo libẽtius oẽs faciant quo ſe hic & in futuro ſeculo pamplius remunerandos fore intellexerint, decernit hæc ſancta Synodus vniuerſam Eccleſiam repræſentãs ſponſam Chriſti affluẽter aperire ſpũales theſauros q̃s ipe ſaluator aſcendẽs in cœlum ſibi reliquit oĩbus Chr̃ifidelibus vtriuſq; ſexus qui ad hoc ſanctum opus tm̃ contribuerint quãtum qsq; vna integra hebdomada ꝓ ſuæ ꝓſonæ ac familiæ, ſi eã habuerit refectõe exponit, vel ſi de ꝓpr̃ijs viueret, exponere. Religioſis quoq; ꝓ qbus ſuus conuẽtus aut ſuperior vel alius iuxta prædictã rõnem erogauerit oĩm ſuor̃ pctõr̃, de qbus corde contriti, & ore confeſſi fuerint authoritate oĩpotẽtis dei, & de eius miſericordia confiſi illam plenariã remiſſionẽ impartit ſemel in vita, & ſemel in mortis articulo, quã Eccleſia cõcedere ſolet oĩbus Romã tpe Iubilei, vel cruce ſignatis ad recuperationẽ terræ ſanctæ tpe paſſagij gñalis, & in retributione iuſtor̃ ſalutis æternæ pollicet augmẽtum. Ita tñ q ꝓ annum integrum ſi vixerint ſingulis ſextis feriis impedimẽto ceſſante. Aut ſi dictis ſextis feriis exprẽcepto Eccleſiæ regulari obſeruãtia iniũcta pœnitẽtia voto vel alias ieiunare teneant vna alia die ſingular̃ ſeptimanar̃ eiuſdẽ anni q̃ ad ieiunãdum nõ ſint aſtricti, ieiunãt aut ad iudiciũ ſui cõfeſſoris in alia pietatis opa commutẽt. At etiã eadẽ die qua ieiunabunt, vel vt ꝓmittit ieiunare deberẽt, ſi ſint clerici ſeptẽ pſalmos vel miſſam, ſi laici ſeptẽ pr̃ noſter, & ſepties Aue Maria dicere ſint aſtricti, vel alia pietatis opa iudicio ſui confeſſoris agant. Quod ſi conuẽtus tales ſint, q nihil in communi poſſideãt, vel aliæ ꝓſonæ victum vera mẽdacitate quærẽtes, ſeu alias contribuere non valẽtes ne huius ſpũalis muneris ſint exptes, ſi vltra ieiuniũ, vt ꝓdicit obſeruãdũ ſingulis diebus vnius anni ꝑdictos pſalmos & miſſas ſi clerici, ſi laici ꝑdictas oones ceſſante legitimo impedimẽto eo modo quo ſupra exprimit, ſupplẽdo dixerint, vel alia pietatis opa ſui cõfeſſoris iudicio, vt primittit, exercuerint, ac ꝓ felici huius negotij conſummatiõe deũ ſupplr̃ exorauerint eandẽ plenariã remiſſionẽ conſequant. Erogantibus autẽ ad idẽ opus quantum vna die ꝓ ſe ſuæq; familiæ expẽſis vſi de propr̃ijs viueret, exponeret ſeptẽ annos, & totidẽ q̃dragenas de iniunctis ſibi pœnitẽtijs elargit. Et vt hi oẽs ad hmõi indulgentiæ gratiam aptiores exiſtant omnibus ſacerdotibus ſecularibus & regularibus alias diſcretis quos in confeſſores ꝓ hmõi conſequẽda ĩdulgẽtia elegerint, ĩdulget vt confeſſionibus eor̃ auditis ipos à quacũq; excommunicatõis ſuſpenſionis & interdicti ſentẽtia à iure vel conſtitutõe, ſeu etiam non nominatim, ſed gñaliter ab hoĩe lata & à qbuſcũq; alijs, ꝓpter q̃ etiã ſedes apoſtolica merito eẽt conſulẽda impoſita ſatisfactione his quor̃ intereſt & rectitutione faciẽd a ſaluarẽ iniungant pœnitẽtiam, & debitæ abſolutõis in foro pœnitẽtiali dũtaxat in forma Eccleſiæ bñficiũ impẽdãt. Quã ſatisfactõnẽ ac reſtitutionẽ ſi ĩfra terminũ à cõfeſſore ſtatutũ facere neglexerit hmõi ĩdulgẽtiam ĩ nullo ſuffragẽt. At cum clericis ſup irregularitate occulta alias quam ex bigamię vel homicidij voluntaria cauſa contracta diſpẽſerit. Super voto vero peregrinatõis, ſeu abſtinentiæ, aut alijs ſimilibus quæ ipſi fideles emiſerit, etiã ſi vltra maria aut alia loca ſeu limia ſctõ

rum Pe-

rum Petri & Pauli, ac Iacobi apostolor̃ visitare vouerint, seu alias nõ impletis dispensandi eisdẽ confessoribus etiã facultatem concedit. Ita tñ q̃ ipsi cũ q̃bus taliter dispensari contingeret, expẽsas quas ad loca hmõi vel pro alijs votis implendis iuxta ipsor̃ cõfessorum taxationem fecissent ad hãc causam contribuãt. Et vt nulla cuiquã peccati rubigo remaneat vult & indulget hæc sancta synodus, vt q̃cunq; ex vsurario vel non debito questu seu qualitercũq; ilicite aut indebite aliquid p̃cepisset, seu bona ablata, aut q̃uis incerta possideat, si nõ extãt vel ignorent personæ quibus facienda esset restitutio, aut res q̃scunq; tenẽtes, cuiuscũq; status aut religionis existãt in q̃r̃ detentõe conscientie eor̃ grauant, vel q̃ de iure ad pias causas p ecclesiã deberent exponi, hmõi res & bona seu valor, necnõ & q̃ arma vel alia prohibita infidelibus seu hæreticis portauerũt lucrum q̃d inde perceperũt ad hoc opus iuxta suã & sui cõfessoris conscientiã, & æstimationẽ tradere teneant. Iubet insup eadem sancta synodus vt habita huius decreti noticia oẽs diocœsani in cathedralibus collegiatis & parochialibus in q̃bus eis visum fuerit, ac etiã gñales ordinũ mẽdicantiũ in cõuentualibus ecclesiis eius subiectis mox disponent, q̃tenus verbũ dei p p̃dicatores idoneos ad populũ annuncient p̃dictas indulgentias publicãdo, & fideliter exhortando ad subsidiũ in tam pijssima causa ipendendũ, q̃bus prædicatoribus & p̃dicationem audientibus, ac etiam oĩbus alijs q̃ circa prædictã æstimationẽ subsidiũ aliq̃d vel auxiliũ in hac re dederint, centũ dies de iniunctis pœnitentijs singulis vicibus in forma ecclesiæ relaxat. Ne aũt in colligendis ac conseruãdis pecunijs fraus aliqua cõmittat, ordinat sancta synodus q̃d in qualibet cathedrali in ciuitatibus, in oppidis vero & in alijs locis in principali ecclesia vnus cyppus truncus vel capsa ponatur, vbi tanquã in gazophilatio dñi q̃libet pecunias erogãdas, ac incerta ac ablata seu illicite q̃sita reponere possit & debeat, cuius sint tres claues, quar̃ vnã teneat eps, vel cui voluerit ipse cõmittere, p q̃libet trunco in oĩbus locis ciuitatis & diocœsibus, capitulũ aliã in cathedrali, p̃latus sui rector in principali, tertiã timoratus aliqs vir, quẽ ciuitas, oppidũ seu locus deputare voluerit q̃ diebus p eos statuendis talẽ cyppũ truncũ, vel capsam corã notario vel duabus fide dignis aperiant p̃sonis & pecunias ad fideles manus deponãt eas sine fraude diminutione vel cõtradictiõe illi vel illis assignaturi, q̃s hæc sancta synodus ad hoc deputauerit. Quod si in campestribus locis vel alibi periculũ seu detrimentũ in conseruatione pecuniar̃ per modũ superius expressum verisimiliter timeret, diocœsani vel ad colligendũ hmõi pecunias ab hoc cõcilio deputãdi prout magis expediens visum fuerit vtiliter prouideant. Quicũq; aũt etiã si pontificali aut regali p̃fulgeat dignitate fraudem furtũ siue rapinã circa prædictas pecunias, seu impedimentũ ex proposito & malitiose in hoc sanctissimo opere fecerit, vltra indignationẽ oĩpotentis dei & reatũ supremi sacrilegij sententiã excõicationis incurrat, à qua nisi prius plenaria facta restitutione & impedimẽto sublato absolui nõ possit. Vult aũt hæc sancta synodus q̃d elapso biennio à die præsentis decreti prædictæ indulgentiæ ac facultates nemini concedi valeãt, præterquã in mortis articulo, q̃ ad illos q̃ infra bienniũ, vt supradictũ est cõtribuerint. Quodq; personis illis q̃ sub spe huius gratiæ & indulgentię aliq̃d commiserint, in nullo huiusmodi gratia ac specialis concessio suffrageť. Et qa difficile foret præsentes literas singulis exibere. Decernit hæc sancta synodus, vt ear̃ transumpto manu publica autoritate archiepiscopi in tota prouincia, & ordinarij in sua diocœsi, p̃prio sigillo munito, tanquã literis originalibus plena fides in omnibus adhibeat. Datum in sessione publica, huius sanctæ synodi solemniter celebrata in maiori ecclesia Basilieñ. decimooctauo Caleñ. Marij. Anno à natiuitate domini. M.CCCC. XXXVI.

¶Sessio vigesimaquinta, de locis futuri & icomenici cõcilij progręcis.

A Sacrosancta generalis synodus Basilieñ. in spũ sancto legitime congregata vniuersalem ecclesiam representans. Ad ppetuam rei memoriã. Nuper hæc sancta synodus inter varias sollicitudines quibus inscrutabilis diuinæ altitudinis prouidentia eam inuocatiõe sui spiritus paracleti ad excolendum dominici gregis agrum adiuuari, operariq; dignata est internæ mentis oculos more agricolę priuilegijs reuoluens & attente prospiciens quàm deflen de diuturna occidentalis & orientalis ecclesiarum in eiusdem fidei professiõe diuisio in dei perstitit & durauit ecclesia, clementissima eius bonitate apud quem nihil est impossibile, quicq; dignæ postulantibus affluenter dat & large spem suscipiens & fiduciam ad procurandã inter ipsas ecclesias catholice fidei vnitatem suæ diligentiæ curas tanto accuratius non parcendo laboribus vel impense adhibere decreuit, quanto ex hoc ad omnipotentis dei laudem & gloriã vberiorem animarum salutem, maiusq; ipsius fidei incrementum prouenire cognouit. Cupiensq; ppterea suffragante spiritus sancti gratia saluberrimum vnionis negociũ aggredi & amplecti, ad illud sereniss̃imũ Romanorum imperatorem & venerabilẽ patriarcham Constantinopolitanum cæterosq; prælatos, & aliũ græcorum populum per diuersos oratores & literas duxit inuitãdos pariter & exhortãdos. Qui qdem impator & patriarcha & alij græci volẽte & eorũ corda altissimo inflãmante, exhortationes hmõi alacribus animis suscipiẽtes, ipsumq; vniõis negocium aggre-

cium aggredi synceris affectibus phibẽtes suos solẽnes oratores, & nuntios sufficiẽti mãdato bulla aurea,& ꝓpriæ manus subscriptõe Imperatoris,bullaq; plumbea pfiarchæ ꝓdictõꝝ munito suffultos feruẽtissimũ eorũdẽ ad hãc fidei vnitatẽ zelum deuotissime explicãtes, ad eãdẽ sacrosanctã synodum duxerunt destinãdos,cum qbus ipsa sctã synodus diuersis tractatibus, & deliberatõibus ꝑuijs ꝓ executõe, & consummatõe felici tã salutaris opis nonnulla decreta, & capitula ad hoc summope necessaria,& vtilia superius ĩserta,&dudum in certa sessione ipsius sanctæ synodus in maiori Ecclesia Basiliẽ. celebrata,publicata,aïo concordi conclusit. Volẽsq; deinde hæc sctã synodus decreta & capitula hmõi vijs & modis oĩbus,necessarijs,& opportunis ꝓsequi,ac iuxta illa ad electionẽ loci ꝓ futuro icomenico cõcilio in quo Imperator & pfiarcha ꝑdicti,alijq; Græci conuenire possent & deberẽt celebrãdo maturè ꝓcedere. Habitisq; sup his & alijs hãc piã rẽ concernẽtibus in diuersis ipsius sanctæ synodi deputatõibus, multiplicibus ꝓpositõibus,& tractatibus,illisq; cũ votoꝝ,suppositoꝝ eorundẽ,scrutinio diligẽti recẽsitis. Demũ in gñali congregatõe ad hoc in maiori Ecclesia ꝑdicta (vt moris ẽ) indicta. Et iteꝝ votis singuloꝝ in eadẽ scrutatis reptoq; duplo maiorẽ partẽ, multoplus vota sua direxisse in Basileã, Auinionẽ, vel Sabaudiã. Inuocata spũsctĩ gr̃a post missaꝝ solẽnia conclusum fuit,& conuẽtuum qd' apud Imperatorẽ pfiarchã,& alios græcos ꝑdictos diligẽs,& debita fieret instãtia cũ allegatõibus,& expositõibus plurimaꝝ rõnum quę ad id allegari &adduci possent,vt ex diuersis bonis respectibus ciuitatẽ Basiliẽ. acceptarẽt ꝓ dicto Icomenico concilio ibidẽ celebrãdo,quod si eos oĩno recusare contingeret,extũc ciuitas Auinionẽ. locus eẽt ipsi icomenici cõcilij ibidẽ celebrãdi. Si tã illud ĩ eadẽ celebrari nõ posset,extũc ĩ Sabaudia cõcilium celebraret añdictũ. Vtigit præmissa oĩa & singula debitũ & votiuum sortiãtur effectũ, cum omni solẽnitate alias in hoc sacro Basiliẽ. cõcilio in rebus arduis expediẽdis adhiberi solita pfibus in maiori Ecclesia Basiliẽ. post missaꝝ solẽnia confidẽtibus,hæc sctã synodus decernit,vult,statuit,ordinat,&declarat futuꝝ Icomenicũ cõciliũ in Basilea,aut illa recusata in Auinione ciuitatibus. Alioquin in Sabaudia iuxta conclusionẽ supradictã debitis &consuetis tpibus debere celebrari. Quodq; ĩperator,& pfiarcha,& alij græci ꝑdicti iuxta capitulata & decretata hmõi necnon oẽs & singuli alij cuiuscũq; gradus,status,dignitatis, vel ꝑeminẽtiæ existãt q gñalibus concilijs de iure vel consuetudine itereſſe debẽt,etiã si pontificali dignitate ꝑfulgeãt ad illud debeãt & teneãtur maxime ꝓ consummatõe tã salutaris opis accedere, & etiã conuenire,& hãc ꝑmissam noïationẽ & electionẽ vult,statuit,&decernit,vt sit firma & incõcussa & inuiolabilis quacũq; alia modificatõe,ordinatõe,dispositõe,nominatõe,seu electõe ꝓ ipsum sacrũ conciliũ seu alium vel alios q̃cunq; etiã authoritate papali fungẽtes in cõtrariũ facta seu factis minime valitura seu valituris,quã seu q̃s hæc sctã synodus ex certa scia exnunc irritat,cassat,reuocat,&annullat,seu cassa nulla & irrita nũtiat & ꝓ infectis illã seu illas hr̃e vult & pñtibus habet,q̃tenus in totũ vel in partẽ præmissæ electõi obuiãt vel repugnant. Supplet etiã hæc sctã synodus ex certa scia omnẽ defectum,si qs in ꝑmissis, vel aliquo præmissoꝝ forsitã interuenerit. Et insup cum res tã ardua plurimũ in dei Ecclesia fructum allatura, sine grauibus expẽsaꝝ sarcinis consummari non possit,& græci prædicti adduci, adductiq; sustẽtari non valeãt,dignumq; &debitum existat,vt ꝓ consummatione tã felicis operis Christifideles vniuersi maximę Ecclesiæ pſonæ de commissi sibi pr̃imonij dñi nostri Iesu Christi substãtijs, liberali,& munifica dispositõe ministrẽt. Hæc sctã synodus vniuersis & singulis Ecclesiasticis pſonis exemptis,& non exemptis sua q̃cunq; verboꝝ forma,etiã ordinis sctĩ Iohãnis Hierosolymitani cuiuscunq; status,dignitatis,gradus,ordinis,vel condit̃ois existãt,etiã si cardinalatus,vel pontificali præfugeãt dignitate,gñalem omnium & singuloꝝ Ecclesiasticoꝝ fructuum,& prouẽtuum quotidianis distributõibus dũtaxat exceptis decimã de suis Ecclesiis monasterijs,dignitatibus,&ofticijs,cæterisq; ecclesiasticis beneficijs in sua generali congregatõe iam impositã,& conclusam,persoluendã,exigendã statuit, & declarat imponendam, eamq; imponit per præsentes.

¶Prẽterea dctã sctã synod⁹ decernit,vult,ordĩat,&declarat,ꝙ venerabiles,Iohãnes Lubicẽ. Ludouicus Viseñ. Delphinus Patmẽ. Ludouicus Lausanẽ. epi ipsius sacrosanctę synodi oratores ad conducẽdum grecos ad locũ Icomenici concilij,eorumq; maior pars tunc pñs portum latinum locis supra electis & nominatis aptiorẽ,& ꝓpinquiorẽ,ad quẽ dicti græci vltimo debeãt applicare eligẽdi & nominãdi,plenã habeãt ptãtẽ,illã eisdẽ concedit p pñtes iuxta formã aliaꝝ literaꝝ eis supinde dataꝝ. Postremo eadẽ sctã synodus vult,ordinat,decernitq; qd' pro præmissoꝝ,& ex eis dependẽtium debita & votiua executione dictorumq; synodoꝝ, & Concilij securitate pleniori ad omnem eoꝝ,aut suoꝝ procuratoꝝ vel nuntioꝝ petitionem, & instãtiam eis quæuis aliæ literæ opportunæ,vtiles,& necessariæ sub bulla eiusdẽ sanctæ synodi ꝓ ipsius cãcellariã in forma debita & honesta concedãtur,conficiãtur,& etiã expediant.

Datũ

Datum Basileæ in sessione publica huius sanctæ synodi in ecclesia maiori Basilieñ. solenniter celebrata, Nonas Maij. Anno à natiuitate dñi. M.CCCC.XXXVII.

¶Decretum de Decimis.

SAcrosctã gñalis synodus Basilieñ. in spũ sctõ legitime cõgregata, vlem ecclesiã repsentans A
Ad perpetuã rei memoriã. Cũ nuper dilecti ecclesiæ filij Syndici & cõciliũ ciuitatis Auinioneñ. summã septuaginta milliũ florenoz auri de camera pro conductione sereniſſimi Græcoz imperatoris & venerabilis patriarchæ Constantinopolitani, alioz; Græcoz ad Icomenicũ cõciliũ, dante dño venturoz iuxta cõcordata & concluſa eoz ambaſiatoribus ne cessariã huic sacrosanctæ synodo & vniuersali ecclesiæ liberaliter mutuare obtulerunt, iam; eius partẽ exoluerint, ac restantẽ expeditis nonnullis pro eoz cautione ab ipsa sctã synodo petitis in pecunia numerata exoluere paratos se offerãt, eadem sctã synodus cupiens prout decens est, & debitũ dictoz syndicoz & consilij, ne ex sua liberalitate dãnũ patiãtur, indemnitati legaliter prouidere oẽs & singulas pecuniaz quantitates, quæ ex indulgentijs p ipsam sanctã synodum vniuersis Christifidelibus de bonis sibi à deo collatis pro prosecutione vnionis occidentalis & orientalis ecclesiaz ad eandẽ christianæ fidei professionem in dicto concilio dño largiente, procurãdę & perficiendæ largientibus p eius literas ad diuersas mundi partes directas, & iã i plerisq; locis solenniter publicatas concessis, necnon ex decima generali p eandem sanctã synodũ causam ob præmissam imposita & concluſa hactenus prouenerunt ac prouenient in futuz syndicis & cõcilio pfatis vsq; ad summã supra dictã exnunc obligãdo hypothecando & assignãdo vult, statuit & decernit q; ijdem syndici & conciliũ in oĩbus & singulis, qbus maluerint & quæ eligenda duxerint & psertim Franciæ, Aragoniæ, Delphinatus, Britãniæ, Sabaudiæ, & Burgũdiæ regnis, ducatibus, terris, prouincijs, ciuitatibus, & diocœsibus, autoritate eiusdẽ sanctę synodi & vlis ecclesiæ ad leuãdũ, exigẽdũ, recipiẽdũ de pecunijs ex indulgẽtijs & decima pdictis (vt pmittit) prouenientibus vsq; ad summã pdictã, & quisq; illa eisdẽ integraliter fuerit psoluta, quascũq; psonas idoneas ad hoc eis vtiles & accõmodas i suos collectores noiare, eligere, deputare, & ordinare, q; psonæ ipsæ sic p eos noiatæ electæ & deputatę de pecunia hmõi vsq; ad summã pdictã noie syndicoz & cõcilij pdictoz petere, exigere, & leuare possint & debeãt, pinde acsi p ipsam sanctã synodũ ad hoc deputatę & noiatæ fuissent, necnõ illos soluẽtes q̃scũq; debita, assignata, quitãtia à solutis sint liberi penitus & immunes. Promittit insup & pollicet hęc sctã synodus q; iã collectores ipsos sic p dictos syndicos & cõciliũ deputatos, qbusuis colore & occasiõe captatis directe vl indirecte, sine expressa syndicoz & concilij pdictoz volũtate atq; cõsensu nullatenus reuocabit, nec pecunias hmõi p alios in eligendis p dictos syndicos & cõciliũ regnis, ducatibus, terris, prouincijs, ciuitatib⁹, & diocœsibus pdictis sine cõsensu simili exigi, colligi, vel leuari faciet, aut eoz collectoribus hmõi, q̃ minus illas vsq; ad summã pdictã pro synodicis & cõcilio pdictis, libere colligere & leuare valeãt impedimẽtũ aliq̃d pstabit seu pstari patiet quoq; mõ, quinimò regũ, principũ & aliozdñozin q̃z regnis territorijs & dominijs eosdẽ synodicos & cõciliũ electionẽ antedictã facere cõtigerit sup libera exactiõe & collectiõe pecuniaz ex indulgẽtijs & decima hmõi (vt præfert) prouenientiũ fauorẽ & cõsensum, coertionẽ quoq; si opus fuerit & brachij secularijs auxiliũ pcurabit & ordinabit, aliasq; eosdẽ syndicos & conciliũ sup integra & reali restitutione & satisfactõe dictæ summæ oĩno reddet indẽnes. Præterea eadẽ synodus vult, statuit & decernit, q̃d sup exactione pecuniaz hmõi syndicis & cõcilio pdictis q̃cunq; literæ &, p cessus cõpulsoriales & pœnales cũ oĩbus & singulis clausulis necessarijs & opportunis concedant, cõficiant. Et etiã p ipsius cãcellariã expediant, alijs literis in pmissis eis iã concessis in suo robore duraturis. Datũ in sessiõe nostra publica huius sanctæ synodi in ecclesia maiori Basilieñ. solenniter celebrata, Nonas Maij. Anno à natiuitate dñi. M. CCCC.XXXVII.

¶Sessio vigesimasexta, & est monitoriũ contra papam & cardinales.

SAcrosctã gñalis synodus Basilieñ. in spũ sctõ legime cõgregata, vlem ecclesiã repsentans. Ad ppetuã rei memoriã. Cũ Christi ecclesia varijs & acerrimis languoribus subiaceret, hoim; peccata & puaricatiões diuinæ legis magis ac magis indies perniciosocrescerent augmento, dignatus est oĩpotens deus fideliũ inspirare cordibus, vt in Basileã germaniæ ciuitatẽ profecto vndiq; integerrimam sacrosancta generalis synodus conueniret, q̃ pertim in reformãdis moribus, tã in capite q̃ in mẽbris, & excitãdis cordibus fideliũ in obseruatione legis dei vigilantem impenderet operam, vt & diuinus honor refloreret in terris, & repressis enormitatibus peccatoz ad procurandam animaz salutem efficacius conuerteretur hoĩm solicitudo, Iam vero pluribus annis in ea re per ipsam synodum exhibiti sunt indefessi labores, commemorata frequentius extitit regnantium scelerum multitudo q̃ vniuersam christianitatem in multas clades multa; discrimina adducere conspicitur. Eccle B

sia in Christi noīe cōgregata, cunctis palā curauit ingerere monita salutis die ac nocte clamitans, vt redirēt puaricatores ad cor, & obseruarēt legē dñi dei sui. Deniq; salubria decreta & sacros canones instituit, qbus pestis auaritiæ, symoniæ, ambitionis, & alior̄ vitior̄ (q̄ multo rū corda nimiū incēdebāt) arcerent à grege dñi, & iuxta p̄cepta Christi atq; sanctor̄ patrum instituta, dignitates ecclesiasticæ, atq; bñficia dignis & idoneis pastoribus ac ministris gratuita collatōe, iustisq; & canonicis electōibus ac institutōibus distribuerent, q̄r̄ medio vniuersus clerus & populus salubriter regeret ac p̄duceret in salutē. Sed q̄d heu dolētissime referimus, ille q primus hæc exeq debuerat, quēcq; & Chr̄i p̄cepta, & canones sacror̄ cōcilior̄ præ cæteris seruare oportuerat, imò & cæteros ad hor̄ obseruàtiā efficaciter inducere, nulla vnq̄ monitiōe, nulla exhortatiōe induci iā longo tpe potuit, vt aliquā mor̄ emendationem Chr̄o placētē, aut notissimar̄ abusuū correctionē in ecclesia sc̄tā dei efficere satageret. Quin potius cōspicit vniuersus orbis sub eius regimine maiora semp scādala grauioraq; exoriri, sc̄tissimū dñm Eugeniū papā q̄rtū loq̄mur, quē frequētibus monitis hæc sc̄tā synodus cū plurima charitate & benignitate, tū p ipsius synodi oratores, tū p l̄ras, tū etiā p eiusdē dñi Eugenij nuntios inducere curauit, etiā p aliq̄r̄ regū & principū ambasiatores hortatus est, vt pro Christi reuerētia & aiar̄ salute, salutari aiar̄ gubernatōi operā daret, Electōes probor̄ pastor̄ fieri assentiret, bñficia à Chr̄o gratis accepta, gratis distribueret, cæteraq; in ædificationē ecclesiæ ageret, q̄ iuxta canones sc̄tor̄ patrū eadē synodus pro aiar̄ salute & vtis ecclesiæ ordinauerat, & quē admodū sacrosanctū gñale Cōstātien. cōciliū irrefragabili catholicæ veritatis declaratiōe diffiniuit in his rebus q̄ ad reformationē vtis ecclesiæ in capite & in mēbris ptinēt, obediret. Pariter q̄q; notū sit q; sacra gñalia cōcilia, iurisdictiōe sup papā vti possunt, & cū clamorosa insinuatōe, vel aliàs ipse vt scādalizator ecclesiæ sacro concilio deferat. Monuit q̄q; hæc sc̄tā synodus ip̄m dñm Eug. q̄tenus dignaret ambulare vnanimiter cū cōsensu eiusdē sanctæ synodi in domo dei & adhæsiōe quā l̄r̄ar̄ suar̄ testimonio solēniter huic eidē synodo exhibuit, factis & opibus adimpleret vt pax & trāquillitas salutaris per vniuersam vigeret ecclesiā, Sed in aduersum prohdolor electiones pontificum & pastor̄ sedulo perturbare visus est, translationes p̄lator̄ eis inuitis cōtra sc̄tor̄ patr̄ & sanctor̄ canonū ac sacri cōcilij Constantien. statutor̄ formā & tenorem facere, diuisiones, scādala, & schismata p singulas fere vagantes ecclesias ingerere, vt plurimū eiñ vnus eligitur, alteri vero per ipsum suis reseruationibus iā sublatis innitentē prouideat ipsa electione reiecta, imò & aduersus filios obedientiæ q decretis huius sanctæ synodi obedire voluerunt, graues cōpertus est fulminare snīas, ipsos pro libito volūtatis, à bñficijs & dignitatibus mādando priuari, inabilitari, & excōicari. In collatione præterea seu expeditōe dignitatū & bñficior̄ & aliar̄ rer̄ dispensatione, etiā more incōsueto graues summas pecuniar̄ exigere abusus pestiferos detestabili & abhorrēda specie symoniacæ labis respersos aduersus iura diuina & humana in animar̄ perniciem & ecclesiar̄ orbis non mediocre præiudiciū ac prouinciar̄, regnor̄ & singularum patriar̄ depauperationem & exinanitionē cū pluribus fouere incrementis, dignitatibus etiā seu vacātibus bñficijs prouidendo carnalitatis affectu nō iudicio rationis, nec eos exigēdo q in ecclesiis proficere possunt, q̄r̄ vel precibus delinitus extitit, vel pro qbus quispiā maior̄ rogasse compertus est, aut quod deterius est, q vt beneficiati fierent, muneribus impetrarunt, non aduertēs nihil esse q; ecclesiæ dei magis officiat q̄ q; indigni assumant prælati ad regimen animar̄. Sententijs insu per synodalibus spretis q̄s olim summi pontifices maxima cū veneratōe prosequebant prętēsas appellationes ab eisdē interpositas admittit snīas hmōi expresse reuocando. Ipse insup illos quos hæc synodus pro causis iustissimis allegauit soluere de facto conatus est, nulla satisfactione peracta. Cæter̄ cū deceat Romanū pontificē iuxta sacror̄ canonum, & summor̄ pontificum instituta, per fratres suos sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ cardinales q sibi in executōe sui officij coadiutores existunt sua exercere cōsilia, vt salubribus & prudentibus cōsultis, status ecclesię, tā in spūalibus q̄ tēporalibus rationabiliter dirigat, ipse dñs Eugenius, etiā in reb⁹ grauissimis minime eorundē consilia requirere fertur, q sunt pars corporis sui, sed alior̄ extraneor̄ consultationem sectat, q non ex rationis iudicio, sed ex carnalitatis affectu nōnunq̄ prouenire videt, dispēsatōe q̄q; sibi credita abutit, eā in dissipationē conuertendo, & potestatē sibi traditā in ædificationem vertēdo ī destructionē. Plura vero grauia nobis obmittentibus, nouissima occurrūt cōfideratōe miserāda. Audiuimus qdem nuper ciuitatē Prenestinā, cuius episcopali titulo vnus ex Romanę ecclesię cardinalibus cōsueuit insigniri p tolerantiam eius & suor̄ domesticorū ac stipendijs Romanę ecclesię militantium opera in ruinā mirabiliter decidisse. Oppida insup plurima in eiusdē sanctę Romanę ecclesię patrimonio cōsistētia aliqñ prędę expositа, vt oppidū Bytrij Bononię proximū aliqñ solo æquatū, & q augmētum efficere debuerat, operatus est diminutionē, cū tñ ex dignitate summi pontificis nō peccādi

licētiam

licentiã, sed bñ viuendi necessitatẽ assecutus esse noscat. In opibus ꝑterea fidẽ cõcernẽtibus cũ hoc tpe pro Icomenico cõcilio cũ Græcis celebrãdo eccleſia indigeret, prout & de ꝑsenti indiget subuẽtiõibus fideliũ populoꝝ, ipse substãtiã eoꝝ aliorsum diuertere satagẽs & subsidia fidei catholicæ multipliciter impediẽs, indulgẽtias plenarias p loca diuersa multiplicasse dicit, & absq; causis vrgẽtibus eas disseminãdo in grauẽ ꝑturbationẽ sctissimi opis pro ipsa fide orthodoxa p hãc synodũ inchoati, aliaq; plurima hucusq; pegisse atq; ꝓcurasse dicit q̃ prosecutionẽ reꝝ ad bonũ fidei orthodoxæ & eius ꝓmotionẽ ptinẽtia magnũ impedimẽtũ & multã retardationẽ attulerũt. Illud q̃q; multa reꝑhẽsione in tãto pastore dignũ est q̃d iuramentũ in assumptõe sui ad apl'atus apicẽ, sub certis ordinatõibus ꝑstitũ, deinde post ipsius assumptionẽ sub bulla sua solẽniter cõfirmatũ, minime seruasse dicit, sed q̃ dolẽter referimus, vt à plurimis asserit, & fama publica laborat ipm notorie trãsgressus est. Deniq; eũ ita agere cõspicit vniuersus orbis. Nã hæc sola (q̃ notoria esse dicũtur) ecclesiã vl'em scãdalizãtia recẽsemus, vt occasione sui, vniuersa eccleſia grauissimis turbatõibus subiaceat, qbus nisi diuina miseratio ꝓuideat ruina prioribus inaudita seculis christiano populo ꝓspicit iminere. Nõ aũt solũ in reꝝ spũaliũ regimine hãc ipsam ruinã cõsideramus, sed & in gubernatõe tpaliũ dñoꝝ sanctæ Ro. ecclesiæ notorios defectus attẽdimus, q̃ꝝ alienatores honorẽ pdere felicis recordatõis Symachus papa decreuit. Quãtas em̃ terras ipse dñs Eugenius alienauerit, q̃tæq; eius incuria & iso-lerti regimine depditæ & occupataæ sint, q̃tas strages subditoꝝ Ro. ecclesiæ, q̃s etiã vt Bononien. ciuitas in suis suppositis attestari ꝑt peremptos audiuimus sine pœnitẽtiæ & aucharistię sacramẽtis, quã etiã miserãda vastatio suo tpe subsecuta fuerit, notoria facta testari videntur. Expectauit aũt iã plurimis annis hæc sctã synodus cũ multa patiẽtia, vt hæc oĩa ipse dñs Eugenius corrigeret atq; in melius emẽdaret, ac velutivices gerentẽ Christi, & Petri succeſſorẽ decet, totũ orbẽ exẽplo bonaꝝ actionũ in viã salutis dirigere studeret. Dũ vero videmus cuncta iugiter in peius ruere, & oĩa magis conturbari, plurimis anxiamur doloribus, ac vehementer gregi dñico cõpatimur, quẽ in totalẽ fere desolationẽ p incrementa scandaloꝝ diuisionũ & vicioſaꝝ deformitatũ decidere formidamus, nisi debito regimini eccleſiæ dei cõueniẽs ꝓuisio apponat, & cõsulat publice saluti. Vidẽs itaq; hæc sctã synodus q̃ per summariã informationẽ ex abundãti factã ipm dñm Eugeniũ in ꝑdictis publice & notorie diffamatũ cõpetit necessitatẽ prouidẽdi debito regimini eccleſię imminere, vt si cõciliũ cõgregatũ nõ esset summe necessariũ foret pro his rebus ipsum cõgregari, attẽdens ꝑterea in iudicio dei oportere reddere rationẽ sup tantoꝝ dissimulatione maloꝝ & scandaloꝝ, qbus corrigendis pro salute totius Christianæ plebis ex officio suo totis viribus incũbere tenet, & ex potestate quã sup cũctos fideles cuiuscũq; authoritatis, etiã si papalis existant à Christo accepit iuxta supradictã declarationẽ in cõcilio Cõstãtien. habitã, & in hoc ꝑsenti dudũ renouatã, cũ etiã corã deo & hoĩbus grauissime reprehẽdẽda veniret, si in hac vrgentissima eccleſiæ necessitate suũ officiũ prout tenet, etiã nemine postulãte exeq negligeret, decernit, vt intra sexaginta dies à die ꝑsentis sessionis & affixionis numerãdos, quẽ terminũ ꝑfato dño Eugenio peremptoriũ ꝑfigit, vt si q̃ interim corã hac sctã synodo sup præmissis & aliis proponẽdis pro sui defensione aut excusatione allegãda vel proponẽda duxerit p se vel aliũ ad hoc legitime deputatũ corã eadẽ synodo Basileæ cõpareat. Dicto aũt elapso termino, siue dñs Eugenius per se vel aliũ cõparuerit siue nõ, hæc sctã synodus ad vlteriora procedet cognoscendo, & terminãdo prout eccleſiæ sanctæ dei spũ sancto dictãte cõspexerit expedire. Vniuersis insup sanctæ Roma. eccleſiæ cardinalibus in virtute sanctæ obediẽtiæ, & sub pœna aliàs ꝑstiti huic sacro cõcilio p se vel aliũ noĩe suo iuramẽti. Et quo ad eos q iuramẽtũ non ꝑstiterũt sub pœna ptiuatiõis fructuũ suoꝝ bñficioꝝ mãdat & ꝑcipit, vt infra eundẽ terminũ in hac ciuitate Basilien. cõpareant saluti sanctæ matris eccleſiæ cũ cæteris in synodo cõgregatis consulturi & opportune prouisuri, prout spiritus sanctus dictauerit, hoc ipm q̃q; vniuersis principibus, ac populis christianis innotescere volumus, vt vidẽtes sanctæ matris eccleſiæ, & vniuersæ christianitatis angustias in vnã sentẽtiã pro honore dei creatoris nr̃i & aĩaꝝ salute pariter cõueniãt. Et q̃ toti orbi salutare fuerit cõi cõsensu amplexent. Decernit tãdẽ hęc sctã synodus huius decreti publicationẽ in pñti sessiõe factã, eiusq; affixionẽ in valuis maioris eccleſię Basiliẽ. vim hr̃e monitõis & citatiõis q̃ad oẽs & singulos actus in hac re fieri necessarios vsq; ad finalẽ terminationẽ, etiã ad sn̄iam diffinitiuã audiẽdũ, & eius executionẽ faciẽdũ incluſiue, & ita vniuersos artare, ac si ꝑsonal'r appreh̃esi, & eis intimatũ fuisset. Datũ in sessiõe publica ipsius sanctę synodi i eccleſia maiori Basiliẽ. solẽniter celebrata pridie Calend. Augusti. Anno à natiuitate dñi. M. CCCC. XXXVII.

¶Sessio. XXVII. q̃ ciuitas Auinionẽ. nõ possit alienari, & recipit i saluoguerdiã cõcilij A

SAcrosctã gñalis synodus Basiliẽ. in spũ sctõ legitie cõgregata vl'em eccleſiã repsentãs. Ad ꝑpetuã rei memoriã, Cũ nr̃a solicitudo ad hoc iter alia iugiter aspiret, vt sctã ꝑsertim Ro-

mana ecclesia feliciter in spiritualibus gubernetur. Simul quoq; cum virtutum ornatu temporalium rerum obtineat vbertatē, sine qbus spiritualium administratio diu subsistere non valeret. Prisci quoq; patres hac consideratione permoti, largā prædioꝝ, dominioꝝ, & possessionum amplitudinē ipsi ecclesiæ acquirere curauerunt, quoꝝ alienationem sub grauibus pœnis censuerunt prohibendam. Adeo, vt Symachus papa spūdei repletus, in suo canone decreuerit, etiā papæ nō licere p̄dia ecclesiæ alienare aliquomodo pro aliqua necessitate, nec in vsumfructū rura tradere, nisi tantūmodo domus quæ in qbusdam vrbibus nō modica impensa sustentant, qua lege oēs custodes, prælatos astringi voluit, vt donator, accensator, venditor honorē perderent. Et q̄ subscriberet cū eo qui reciperet, nisi restitueret, anathema foret, licere etiā voluit qbuslibet ecclesiasticis personis cōtradicere, & cū fructibus alienata reposcere, q̄ non tantū in apostolica ecclesia seruandū esse dixit. Veꝝ etiā vniuersis ecclesiis per prouincias arbitratus est cōuenire nos eoꝝ vestigia imitando vigilanter curare cōuenit, nec quicq̄ terraꝝ & possessionū (quæ iā deo, & ipsi Romanæ ecclesiæ institutione summi p̄tificis, & ministroꝝ suoꝝ dedicatæ sunt) distrahi à quo vel alienari patiamur, illa p̄sertim loca insignia in qbus necessitatis tēpore libere valeat Romanus pontifex cū sua curia cōmorari, vbi nullus secularis potestatis metus exterreat, nullus tēporalis fauor absorbeat, nullus terror immineat nihil suā sanctitatē, & venerabiles fr̄es Rom. ecclesiæ cardinales à vero & veri cōcilij soliditate remoueat, cum nō absq; prouisione diuina ipsa loca apostolicæ sedi proueniſſe credant. Ex his aūt causis, & alijs nos iuste, & merito mouētibus prouisiōe cōgrua occurrere diximxs, ne inclyta ciuitas Auinionis, q̄ se semp deuotissimā & fidelissimā ecclesiæ exhibuit, & nouissime in fidei catholicæ obsequiū de suis facultatibus copiosissimā subuentionē pro vnione Græcorū cū latinis prosequēda ministrauit, quoꝝ pacto ab ipsius Romanæ ecclesiæ dñio alienet, aut ad manus alienas transferat, cū ex his & alijs ecclesiæ vniuersali p ipsam inclytā ciuitatē impēsis, obsequijs nō impeti, nō dānificari, nō in alios vsus alienari, sed beneficijs attolli merito debeat, ecclesiasticis em̄ vtilitatibus insudātes ecclesiastica dignū est remuneratione gaudere. Decernit igit hæc fr̄a synodus, vt nullus cuiuscunq; dignitatis vel p̄eminētiæ fuerit (etiā si papalis) ciuitatē prædictā, ac etiā comitatū Venayſini cū terris, & dominijs sibi adiacētibus audeat vel p̄sumat q̄uis modo vel p̄textu seu iuris colore q̄sito vendere seu pignori obligare aut in feudū vel censum dare, aut q̄uis modo alienare. Quod si secus per Romanū pontificem, vel aliū quēuis actum sit de præsenti vel in futuꝝ agi contingat, hæc sancta synodus totū id & qd quid inde sequet, exnunc prout extunc cassat, irritat, & annullat, & omni carere decernit robore firmitatis, atq; etiā q̄ ipse Romanus pontifex vel alius qs, quicqd contra hmōi decretū attentauerit sacro generali cōcilio deferat. Recipientes quoq;, etiā si cardinalatus, patriarchali, pontificali, imperiali, regali, ducali, vel alia quauis ecclesiastica vel seculari præfulgeāt dignitate, vel etiā si cōmunitas fuerit, decernit hæc fr̄a synodus pœnis excōicationis, priuatiōis, cuiuscunq; dignitatis ecclesiasticæ vel secularis, etiā oīm feudoꝝ specialiter q̄ Romana vel alia teneret ecclesia subiacere, necnō ppetuę inabilitatōis ad q̄scūq; dignitates seculares vel ecclesiasticas, & q̄cūq; bñficia & officia ī posteꝝ obtinēda. Cōitas vero ecclesiastico interdicto vltra pœnas supra expr̄ssas sibi cōueniētes eo ipso subiaceat, q̄s pœnas singulariter singuli q aliqd p̄dictoꝝ attētauerint ipso facto incurrāt. Insup ciuitatē p̄dictā Auinionen. q̄ magnā mercedē ab vniuersali promeret ecclesia, cuiq; īdignissimū esset pro eius optimis meritis mala q̄uis per aliquē irrogari, p̄sertim cū multa cōtra ipsius ciuitatis statū in euersionē, disturbiū, & dissolutionē huius sanctæ synodi & suoꝝ sanctoꝝ operꝝ attentari & machinari possent. Quibus hęc fr̄a synodus non valeret ex post facto saltē commode, & sine graui dāno prouidere. Cūq; iā ipsi ciuitati, & ciuibus grauia cōminata sint, veluti ex informatōe summaria cōperim⁹ eadē fr̄a synodus ciuitatē ipsam & suppositā eiusdē in suā & ecclesiæ vniuersalis, quā representat specialē protectionē, ac saluā guerdiā suscipit, ac reponit, prohibēs sub pœnis p̄dictis oībus & singulis q̄cūq; dignitate vel p̄eminētia ecclesiastica vel seculari. Etiā si cardinalatus, patriarchali, pōtificali, imperiali, regali, ducali. vel alia q̄libet p̄fulgeāt dignitate, vel etiā si cōmunitas fuerit, vt ipi vel ipsoꝝ aliqs directe vel īdirecte ciuitatē p̄dictā diffidare, pturbare, īuadere, vel īquietare tēporaliter, spūaliter, aut eius habitatores violēter capere, aut ī psonis vl bonis eoꝝ dānificare atq; molestare p̄sumāt, q̄ si qs fecerit, pœnas supius expressas ipso facto īcurrat. Romanus vero pōtifex si aliquod p̄dictoꝝ attētauerit sacro concilio deferat. Et ipsa attētata nullitati ipso facto subiaceāt. Et qm̄ id quoq; pariter īdignū eēt, vt venerabilis pater epūs Albanen. sacrosanctę Romanę ecclesię cardinalis de Fuxo vulgariter nūcupatus, & apostolicæ sedis legatus q̄ ad ipsius ciuitatis Auinionē. & comitatus Venayſini p̄dicti gubernationē deputatus est, quidq; pro expeditōe subsidiorum sanctæ matri ecclesiæ præstitorum in eadē ciuitate Auinionē, ad prōsequēdā vnionē Grecorum fideliter & efficaciter huic sanctę

synodo

synodo se obsequẽtissimũ exhibẽdo per quẽpiam vexaret, inquietaret, aut molestaret. Cuius etiã perturbatio & molestatio in magnũ dispendiũ, & in grauẽ calamitatẽ ipsius ciuitatis Auinionen. verisimiliter proueniret. Idcirco sub eadẽ protectõe ex præmissis causis recipit hæc sctã synodus eundẽ venerabilẽ patrem epm Albanen ac suos familiares, domesticos, & continuos cõmensales, decretoq; psenti pariter prohibet eadẽ sctã synodus sub pœnis antedictis ne quisq; cuiuscunq; dignitatis (etiã si cardinalatus, patriarchalis, pontificalis, imperialis, regalis, ducalis, aut alterius, vel etiã cõmunitas) ipsum, & suos prædictos inuadere, diffidare, molestare, aut de facto in suis bñficijs, bonis, & rebus qbuscunq; pturbare præsumat, vel spũaliter seu tẽporaliter quoq; modo contra eundem, & eosdẽ procedere. Si vero Romanus pontifex aliqd prædictoꝝ attentauerit, sacro concilio deferat, similiq; nullitatis vitio in cõtrariũ attentata eo ipso subiaceãt. Quodq; absolutio & relaxatio à prędictaꝝ excõicationum, prętereq; in mortis articulo, ac interdicti & inhabilitatõis & cæteraꝝ pœnaꝝ sentẽtijs sacro gñali concilio reseruata intelligat. Datũ in sessione nostra publica in ecclesia maiori Basilien. solenniter celebrata. vi. Calen. Octob. Anno à natiuitate dñi. M. CCCC. XXXVII.

¶ Sessio vigesimaoctaua super nullitate & innouatione decreti, q̃ papa Cardinales creare non potest, durante concilio.

SAcrosancta gñalis synodus Basilien. in spũ sancto legitime cõgregata, vlẽm ecclesiã repræsentãs, ad perpetuã rei memoriã. Tantã reuerentiam sacris canonibus generalium conciliorꝝ sancti patres censuerunt adhibendã, vt violatores eorꝝ volũtarios grauissime vindicarẽt, & vnũquemq; in suij ipsius destructionem agere arbitrarent, ea destruere conantẽ, q̃ vniuersali consensu fuerunt instituta, grauis q̃q; exinde iactura toti ecclesiastico immineret ordini, si decreta synodalia cõciliorꝝ gñaliũ, qbus neruus regulæ ecclesiasticæ, ac disciplinæ salutaris innitit per cuiuspiã voluntatẽ, & maxime sedente adhuc ipsa vniuersali synodo abrumpi sinerent. Dudũ aũt hæc sctã synodus super cardinalibus sanctæ Romanæ ecclesiæ assumendis, inter cætera, duo salubria ædidit decreta, quorꝝ tenores ad lucidiorẽ vniuersorꝝ informationẽ de verbo ad verbũ hic iserere & innouare decreuimus. ¶ Tenor primi decreti: Itẽ, Cũ multiplicatio cardinaliũ sit ecclesiæ dispẽdiosa & onerosa, propterea & ex alijs rõnabilibus & legitimis causis eandẽ sanctã synodũ mouentibus statuit, ordinat, atq; ex certa scia hoc irrefragabili decreto decernit ipsa sctã synodus, q̃ durãte hoc sacro cõcilio, Romanus põtifex à loco istius sacri cõcilij absens psonaliter nõ debeat neq; possit aliquẽ vel aliquos. cuiuscũq; dignitatis, cõditionis, gradus, seu status existãt in sanctæ Romanæ ecclesię cardinalẽ vel cardinales q̃uis modo aut q̃cunq; q̃sito colore vel causa assumere, pronũtiare secrete aut publice, aut pronũtiatos seu assumptos secrete publicare. Et si secus attẽtatũ fuerit, exnunc in antea irritũ sit & inane, nulliusq; roboris vel momẽti. Quod si forsan taliter de facto assumpti aut pronũtiati se pro cardinalibus gerere, aut noiare pręsumpserint, qbuscunq; dignitatibus priuati, & ad oẽs & singulas futuras inabiles. Et q̃cunq; eos pro cardinalibus gerẽtes & reputantes exnunc prout extunc snia excõicationis innodati sint ipso facto, à qua, prętereq; in mortis articulo, nisi à põfata synodo absolutõis siue habilitatõis, bñficiũ obtinere nõ possint. ¶ Tenor secundi decreti: Cũ summo pontifici sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinales in dirigẽda christiana republica, collaterales assistãt, necesse est, vt tales instituant, q̃ sicut noie, ita re ipsa cardines sint, sup q̃s hostia vniuersalis versent & sustẽtent ecclesiæ. Statuit igit sctã synodus vt deinceps eorꝝ nũerus adeo sit moderatus, q̃ nec sit grauis ecclesiæ, nec supflua nũerositate vilescat. Qui de oĩbus christianitatis regionibus q̃tũ fieri poterit, cõmode assumant, vt notitia reꝝ in ecclesia emergẽtiũ, facilius haberi, & sup his maturius deliberari possit. Sic tñ q̃ numeꝝ. xxiiij. inter hos q nũc sunt, & assumẽdos, nõ excedat. Ita q̃ de vna natõe vltra tertiã partẽ, respectu cardinaliũ pro tpe existẽtiũ, ac de vna ciuitate & diocœsi vltra vnũ inde oriundũ & de ea natõe q̃ nũc vltra tertiã partẽ habet vsq; ad ipsius tertiæ partis reductionẽ esse nequeant. Sint viri i scia, moribusq; ac reꝝ expientia excellẽtes, nõ minores trigita annis, magistri, doctores, seu licẽtiati cũ rigore examinis i iure diuino vel hũano. Sit saltẽ tertia vel q̃rta pars de magistris aut licẽtiatis in sacra scriptura. Inter hos aũt vigintiquatuor esse aliq poterunt ad modũ pauci filij, frẽs, aut nepotes, regũ seu magnoꝝ principũ in qbus cũ circũspectõe & maturitate moꝝ, cõpetens literatura sufficiat. Nõ fiãt cardinales nepotes ex fratre vel sorore romani põtificis aut alicuius cardinalis viuẽtis, nõ illegitime nati, nõ corpore vitiati, nec alicui criminis aut infamiæ nota respersi. Prædicto aũt nũero vigintiq̃tuor pro magna ecclesiæ necessitate vel vtilitate duo alij, in qbus vitæ sanctitas, vel eximiæ virtutes refulgeant quanq̃ memoratos gradus nõ habeãt, Ac de Græcis cũ Romanæ ecclesiæ vniti fuerint, insignes aliq viri adijci poterũt. Nõ fiat cardinaliũ electio solũ per auricularia vota, sed illi soli assumi possint in quos facto vero scrutinio ac publicato maiorem partem cardinalium per subscriptionem

manus propriæ constiterit, collegialiter cõsensisse, Desuper etiã apostolicæ literæ cũ subscriptione cardinaliũ cõficiant decreto huius sacri cõcilij in quarta sessione solenniter publicato, quod incipit. Itẽ, cũ multiplicatio cardinaliũ &c, in suo robore inuiolabiliter permansuro.

¶Aduersus aũt p̃missoꝝ decretoꝝ mentẽ & tenorẽ nuper nõ sine graui dolore cõperimꝰ venerabilẽ Iohãnẽ patriarchã Alexandrinũ in sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ cardinalem, licet de facto & nulliter p dñm Eugeniũ papã fuisse assumptũ, cũ nec summus pontifex absens à loco huius sacri concilij ipsum in cardinalem creare debuerat contra primum decretum in sua adhæsione solenniter approbatũ, neq; proportionem singulis nationibus conuenientẽ, & q̃litates in secundo decreto descriptas omittere, sicut in promotione dicti patriarchæ factum esse cõperitur. Et cũ frustra hæc sctã synodus iura conderet, nisi sua autoritate quã ex Christi dono immediate susceperit, eadem tueret, vtiq; Gelasius papa profitetur, & nullũ iam veraciter Christianum ignorare credit vniuscuiuscunq; synodi constitutum, quod vniuersalis ecclesię probauit assensus, nullã magis exequi sedem, ac præ cæteris oportere q̃ primã, necessitasq; vrgeat illis transgressoribus iuriũ occurrere, ex q̃bus cõplures illaqueationes animaꝝ, & grauia in futuꝝ schismata prouenire valerent, Nam & q talẽ cardinalẽ reputant, iuxta supradicti decreti tenorẽ, vinculo excõicationis eo ipso innodantur. Et in futuris electionibus Romanoꝝ pontificum varia schismata poterunt exoriri, si prætensi cardinales, quoꝝ irrita & inanis promotio decreta extiterit, huiusmodi electionibus se voluerint immiscere. Ad obuiandum itaq; tãtis discriminibus admonet & exhortatur hæc sctã synodus præfatũ dñm Eugeniũ sub obtestatione diuini iudicij & per viscera misericordiæ dñi nostri Iesu Christi, & eidẽ ex parte dei oĩpotentis p̃cipit atq; mãdat, vt pro futuroꝝ schismatũ, & scandaloꝝ euitatiõe prædictã, & alias quascunq; vocatiões p eum factas ad cardinalatus honorẽ contra p̃dictorũ decretoꝝ formã & tenorẽ, sicut de facto processerunt, eas reuocet, casset publice, & annullet, nullasq; fuisse & esse decernat, prout hæc sctã synodus hoc synodali decreto, sicut de facto p̃cesserũt, eas cassat, irritat, & annullat, nullasq; cassas & irritas decernit atq; declarat, vlteriusq; à talibus vocatiõibus abstineat, alias prouidebit hæc sctã synodus, prout spũ sctõ dictãte vtilitati ecclesiæ videbit expedire. Declarat insup hęc sctã synodus vniuersos q p̃fatũ Iohãnẽ patriarchã aut alios taliter de facto p̃motos pro cardinalibus gesserint, & reputauerunt pœnas in p̃fatis decretis annotatas eo ipso incurrere. Datũ Basileæ in sessione publica in maiori ecclesia solẽniter celebrata. vi. Calẽd. Octob. Anno à natiuitate dñi. M. CCCC. XXXVII.

¶Decretum de cassatione literarum falsę bullatarum.

B ¶Sacrosctã gñalis synodus Basilieñ. in spũ sctõ legitime congregata, vniuersalẽ ecclesiã representans, ad perpetuã rei memoriã. Cũ dudũ ex ordinatione nostra concorditer concluſa, literę sub bulla huius sacri concilij super nominatiõe locoꝝ Basileę, Auinionis, & Sabaudię pro celebrãdo Icomenico cõcilio in aduẽtu Græcoꝝ fuerint expeditę. Vt deĩde ad notitiã nostrã puenerit quasdã alias literas noĩationẽ Florẽtiæ & Vtini cõtinentes clandestine, & contra ordinationẽ huius sacri concilij fuisse bullatas. Cupiens hæc sctã synodus vnumquẽq; de his rebus veraciter informari, ne quempiã falsa pro veris recipiẽdo decipi contingat, decernit, & declarat oẽs literas continẽtes nominationẽ quorũcunq; alioꝝ locoꝝ pro antedicto cõcilio celebrãdo præter iã dicta loca Basileæ, Auinioñ. & Sabaudiæ, q̃bus bulla sacri cõcilij inueniret, appẽsa fuisse falso bullatas, & cõtra huius sanctæ synodi ordinationẽ. Nec literis talibus vllam fidẽ esse adhibendã, aut ipsis seu eaꝝ trãssumptis quacũq; autoritate, etiã si papali trãssumptæ fuerint esse vtendũ, hmõi literas sic falso bullatas cassat, irritat, & dãnat, ac cassas & irritas esse decernit. Inhibens oĩbus & singulis quauis dignitate p̃fulgeãt, etiã si legatione papali de latere, dispositõe, mãdato, vel quauis alia seu alio fungerent officio sub pœnis excõicationis, quã ipso facto incurrãt, ac inabilitationis actiue & passiue ad q̃scunq; põtificales aut alias dignitates ecclesiasticas vel seculares, & ad bñficia obtenta & obtinẽda, ne p̃fatis literis falso bullatis aut eaꝝ trãssumptis vtant, aut vtentibus auxilium, consilium & fauorẽ in his p̃stare p̃sumant. Datũ in sessione nostra publica in maiori ecclesia Basilieñ. solenniter celebrata. vi. Calendas Octobris. Anno à natiuitate dñi. M. CCCC. XXXVII.

¶Sessio vigesimanona, & est accusatio contumacię sanctissimi domini Eugenij papę quarti facta p promotores concilij.

C Die Martis prima mensis Octobris. Anno à natiuitate dñi. M. CCCC. xxxvij. in ecclesia maiori Basiliẽ. in q̃ sessiões p̃sentis sacrosanctę synodi gñalis Basiliẽ. celebrari solẽt vigesimaoctaua ipsius sanctę synodi sessio hoc mõ extitit celebrata, vcz missa solẽni de sctõ spũ p reuerendũ patrẽ dñm Georgiũ epm Viceñ. nationis inclytæ Hispanicæ celebrata. Et demũ suffragijs, antiphona Exaudi &c. letanijs, euangelio secũdum Matthæũ. Accesserũt discipuli ad Iesum, dicentes: Quis putas est maior in regno cœloꝝ, ac

hymno

B Generalis sacrosctā synodus Basiliē. in spū sctō legitime congregata vl'em Ecclesiā rep̄sentās ad futurā rei memoriā. Diligētibus deum nihil in hoc seculo tam graue videri debet, quod ab opibus charitatis in eius gloriā, & animarū salutem explēdis animos eorū retrahat, cum & beatus Paulus Apostolus dixerit, neq; mors, neq; vita poterit nos separare à charitate dei quæ est in Chr̄o Iesu dño nr̄o. Idcirco hæc sctā synodus in noīe ipsius Chr̄i saluatoris congregata nō obstātibus qbuscūq; impedimētis opa sanctę reformatōis Ecclesiæ dei, & salutis vniuersorū quātū cōcesserit diuinapietas cōstāter & pseuerāter ꝓsequi desiderās, atq; iam semoto p iustitiæ rectitudinē præcipuo obstaculo quod p inutilem & damnosam administrationē Romani pontificij maxime oberat vnitati, paci, & debitę gubernationi ipsius Ecclesiæ pacem cunctorū quātum fieri p̄t pquirere, cupiēs. Cum in decreto vndecimæ sessionis eiusdem sanctæ Synodi statutum fuerit, q̄ hoc p̄sens Basilieñ. Concilium non possit dissolui, nisi consentiētibus duabus partibus eiusdē cōcilij, scrutatis votis singulorū. Primo in singulis deputatōibus. Et deinde in congregatōe gñali, ac demū in sessione publica, decretatōe subsecuta. Et deinceps sup modo ponēdi materiā dissolutōis Concilij in deliberatione p deputatos duodecim fuerit certa conclusio recepta pridie Idus Decēbris. Anno à natiuitate dñi. M.CCCC.XXXVIII. statuit, decernit, & declarat, q̄ p recessum cuiuscunq; aut quorūcūq; cuiuscūq; status aut dignitatis ab hac ciuitate Basiliē. etiā si cardinalatus, p̄riarchalis, aut pontificalis existāt, non sit, neq; cēseat concilium dissolutum, nisi iuxta formā aut modum p̄dictorū decreti, & conclusionis ꝓcessum fuerit. Et q̄m hac soliditate stabilis p̄manētiæ Concilij debite obseruata res arduæ quæ in manibus sunt, poterūt maturius & ordinatius tractari. Et præcipue circa electionē futuri summi pontificis, quæ maiorē attentionē requirit, nō intēdit hæc sctā synodus ante terminū sexaginta dierū in decreto septimæ sessionis eiusdē sup ipsa electōe in hoc Concilio fienda p̄fixum cōputādorū à die depositiōis Gabrielis, olim dicti Eugenij papæ q̄rti, quæ fuit septimo Calē. Iulij ad hmōi electionē ꝓcedere. Effluxo aūt hmōi termino decernit ad eādem electionē in sacro Concilio fore ꝓcedēdum modis & formis per ipsum Concilium declarandis. Vt autem sub virtuoso, & idoneo pastore quē à Domino dari speramus fiat omnium Chr̄ianorū vnio & abundantia pacis. Voles hæc sctā synodus cū reali effectu cunctos quātum in se est inuitare ad pacē oēs & singulos sequētes curiā prætēsam p̄fati Gabrielis olim dicti Eugenij papæ ac in eadē existētes cuiuscunq; status gradus aut conditionis etiā si cardinalatus, p̄riarchalis, ep̄alis, fuer̄it q ipsius Gabrielis olim Eugenij obediētiā, & adhærētiā in totū dimiserit. Et huic sacro Concilio real'r, & cum effectu infra terminū hmōi sexaginta dierū à tempore p̄dictæ depositōis computādorū adhæserint, atq; de his corā eodē Concilio p se vel per alios legitime docuerint infra terminū prædictū intēdit benigne amplecti &

ctí & recipere, ac eorꝫ statui & indemnitati conuenienter prouidere. Datũ Basileæ in sessione nostra publica in ecclesia maiori Basilieñ. solenniter celebrata, sexto Idus Iulij. Anno à natiuitate dñi. M.CCCC.XXXIX. Apostolica sede vacante.

¶Indulgentiæ incorporatis concessæ.

A Basilienſis sacroſctã gñalis synodus, &c. Dilecto ecclesiæ filio, &c. Grata per te nobis & vniuersali, quã in spũ ſctõ legitime congregata representamus, ecclesiæ hactenus impẽsa, & q̃ adhuc impendere nõ desistis cõdigne perstringentes, obsequia illis reddunt intenti, nõ immerito per q̃ obsequia fructuosa tibi sint & ad maius cedere valeant aïæ salutis incrementũ. Dudũ siquidẽ omnibus & singulis q tantum nostræ congregationi incorporati fuerunt. Et etiã vsq; ad festum assumptionis beatæ Mariæ virginis tunc futurꝫ incorporarent, ac nobiscum in vinea domini per sex menses laborarunt, & in antea laborarent hmõi eorꝫ labores & obsequia condignis salutarium retributionum præmijs compensare cupientes literas nostras, concessimus in hæc verba.

B ¶Sacroſctã gñalis synodus Basilieñ. &c. Ad futurã rei memoriã. Benigna vniuersalis ecclesiæ prouidentia, thesauros spũalium gratiarꝫ à Christo sibi concessas laborãtibus in vinea domini, merito dispẽsare curat, quo magis labores ac solicita studia in prosecutione salutis aïarꝫ & publici boni christianæ religionis & exaltatione fidei catholicę cõferant. Vt sic fructuosis eorũ operibus digna repãdant prędia, & ad vberiora meritorꝫ incremẽta feruẽtius excitemus. Virtuosum igit atq; laudabilẽ zelũ suppositorꝫ huius sanctæ synodi fidelia obsequa Chri ecclesiæ in suis necessitatibus & aduersitatibus exhibẽtiũ & pro inchoatis ſctis operibus cõem christianorꝫ vtilitatẽ cõcernẽtibus assidue laborãtiũ, attenta consideratõe pẽsantes, & laboribus eorꝫ digna salutariũ retributionũ mũera elargiri cupiẽtes, vt oẽs & singuli q huic sanctæ synodõ incorporati residẽt psonaliter in eadẽ & antea p sex mẽses resederũt, ac etiã q hucusq; ad festũ assumptõis Mariæ virginis eidẽ sanctę synodo incorporati fuerũt postq̃ p totidẽ menses in eadẽ resederũt, necnõ & illi q in nostris & ipsius ecclesiæ negotijs extra locũ huius sacri cõcilij p nos missi sunt, ac (vt pferẽ) nobiscũ p totidẽ mẽses laborarũt cuiuscũq; status, gradus, ordinis vel cõditõis fuerint, etiã cardinalatus, patriarchali, archiepali, epali, abbatiali pemineant dignitate singulos cõfessores idoneos, seculares & regulares pbros eligere, q toties q̃tiens opportunũ fuerit, ipsorꝫ singulorꝫ cõfessionibus diligẽter auditis ipsis singulis in synceritate fidei, vnitate, obediẽtia, & deuotõe sanctæ vniuersalis & Romanę ecclesię, atq; nostrã & summi põtificis pro tpe legitimã administrationẽ papatus habẽtis, pfistẽtibus pro pœnis & censuris à iuris cõstitõe vniuersalis cõcilij, vel apostolica, aut alia, q̃uis vel ab hoie gñaliter pmulgatas oĩbus debitã absolutionẽ impẽdere, atq; iniũgere valeãt pœnitẽtiã salutarẽ. Nisi forsitã talia fuerint, propter q̃ sedes apostolica fuerit merito cõsulenda, necnõ etiã vota pegrinatiõis abstinentiæ & similia p eos emissa, exceptis tñ votis peregrinatõis Romanæ, Hierosolymitanæ, & S. Iacobi in Cõpostella in alia pietatis opera cõmutare. Quodq; pterea pdicti, vel alij similes cõfessores p singulos eorꝫ incorporatorꝫ & incorporandorꝫ eligendi singulos semel in vita & semel in mortis articulo ipsorꝫ singulorꝫ similibus confessionibus auditis, eis singulis, præterq̃ in homicidij voluntarij casu alijs pro peccatis oĩbus, etiã si talia fuerint, propter q̃ sedes ipsa merito consulẽda existeret autoritate vniuersalis ecclesię & nostra debitę absolutiõis bñficiũ impẽdere, ac pœnitentiã salutarẽ iniungere plenariã remissionẽ oĩm pctõrꝫ suorꝫ cõcedentes, ipsosq; & ipsorꝫ quemlibet à qbusuis excõicationem suspensionũ & interdicti singulis alijsq; ecclesiasticis censuris & pœnis à iure, vel ab hoie generaliter etiã per legatorꝫ sedis pdictæ aut vniuersaliũ cõciliorꝫ, vel apostolicæ sedis aut, puincialis, vel quaslibet synodales cõstitutões, siue iuxta regularia quorũlibet ordinũ instituta ĩcurrisse qũolibet cẽsebuntur, etiã si propterea ad sedẽ ipsam vel aliũ quẽcunq; specialis hñdus foret recursus, si id humiliter petierit, iniuncta eis inde pro modo culpę simili pœnitentia, necnõ alijs q̃ fuerint iniungẽda autoritate pdicta, etiã absq; cuiusuis alterius sup hoc req̃sita licentia absoluere, atq; etiã semel (vt pmittit) in vita, q̃cunq; vota peregrinatõis, abstinẽtiæ & similia in alia pietatis opera cõmutare, etiã si talia sint propter q̃ sedes apostolica merito foret cõsulenda. Et cũ eis & eorꝫ q̃libet sup irregularitate si q̃ hmõi sentẽtijs, aut earꝫ aliqua ligati missas, & alia diuina officia, nõ tñ in cõtemptũ clauiũ celebrãdo, vel se illis immiscẽdo, vel alias q̃litercũq; præterq̃ ĩbigamia vel homicidio volũtario cõtraxerint abolẽdo. Etiã oẽm ĩabilitatõis irregularitatis & ifamiæ maculã siue notã p ipsorꝫ quẽlibet pmissorꝫ occasione cõtractã eadẽ autoritate dispẽsare, ipsosq; & eorꝫ quẽlibet ad q̃scũq; dignitates, etiã si cardinalatus, patriarchalis, archiepalis, episcopalis & alias quascũq;, necnõ psonatus, administratões, officia, & bñficia q̃cunq; ecclesiastica & curã animarꝫ habentia, quæ indebite ac minus canonice, alias tamen colorato titulo, etiam si per symoniæ labem, non tamen per violentiam prætextu literarꝫ & instrumento-

rum falſo fabricatorꝝ adepti ſunt poſſident, ipſis tñ dignitatibus, beneficijs, officijs, in quorꝝ adeptione labes ſymoniæ interuenerit in ſuis manibus p̄dictorꝝ confeſſorꝝ libere reſignatis rehabilitare, aliaq; eis poſt rehabilitationē hmōi denuo abſq; alicuius iuris præiudicio cōferre, & de illis prouidere, & alias deſuper ipſorꝝ ſtatu & indēnitatibus cōſulere etiā ad alias quaſcūq; dignitates vt p̄mittit & beneficia illis canonice cōferendas aut cōferenda rehabilitādo, ac in omnibus & per oīa libere & licite poſſint & valeāt, prout Rom. pontifex pro tēpore in legitima adminiſtratione papatus conſtitus, qūolibet facere poſſet. Ita tamen q̄ ipſorꝝ ſinguli de fructibus per eos ex dignitatibus, perſonatibus, adminiſtratōibus, officijs & beneficijs hmōi indebite p̄ceptis aliqualem portionem pro fabricis & ornamentis eccleſiarꝝ ſeu aliorꝝ pro vſibus iuxta volūtatē & diſcretionem confeſſorꝝ prædictorꝝ exponēre debeant, ac etiā teneant. Et q̄bus q̄dē abſolutōibus, abolitōib⁹, diſpēſationibus, ꝓuiſionibus etiā in iudicio & extra vbi opus fuerit ſtari volumus perſonis incorporatis & incorporandis p̄dictis autoritate ipſius vniuerſalis cōcilij tenore p̄ntium indulgemus. Volumus aūt, q̄ confeſſores ipſi de his q̄bus ratione præmiſſorꝝ fuerit impendenda ſatisfactio etiam ſimilis incorporatis prædictis pro tempore confitentibus per ſe, ſi ſupervixerint vel per hæredes ſuos, aut alias ſi tunc forte tranſierint faciendam iniungant, quā ipſi abſoluti, vel hæredes aut alij p̄miſſa facere & adimplere teneant vt præfert. Et ne (q̄d abſit) aliqui propter hmōi gratiā reddantur procliuiores ad illicita in poſterū cōmittenda volumus, q̄ ſi ex cōfidentia remiſſionis hmōi aliqs vel aliqui incorporatarꝝ prædictorꝝ aliqua forte cōmitteret q̄ ad illa remiſſio eis nullatenus ſuffragetur, qñ etiam ad eos q̄ à nobis receſſerunt & ad diſſolutionē ſeu derogationē autoritatis p̄ntis ſacri concilij ꝛprobis auſibus machinati ſunt, volumus aliq̄tenus extendi. Nulli ergo hoīm omnino liceat hanc paginā noſtræ conceſſionis & volūtatis infringere, vel ei auſu temerario cōtraire. Si qs aūt hoc attentare præſumpſerit, indignationem oīm̄potentis dei & vniuerſalis eccleſiæ ſe nouerit incurſurꝝ. Datum Baſileæ q̄nto Calendas Iulij. Anno à natiuitate dñi. M.CCCC.XXXIX. apoſtolica ſede vacante.

C NOs igitur vt tu q̄ ante datā literā prædictarꝝ nr̄æ cōgregationi incorporatus fuiſti, & nobiſcū ipſius eccleſiæ cauſis & negocijs ꝓſequendis p̄ ſex menſes & amplius ſolicitis ſtudijs laboraſti literarꝝ p̄dictarꝝ pleno gaudeas effectu. Et ne eundē effectū ſuper eo q̄ incorporatus fueris, & per hmōi menſes nobiſcū laboraueris vt præfert cuiuſuis hæſitationis ſuperſit ſcrupulus tempore p̄cedente te vt præfert incorporatū fuiſſe, ac p̄ hmōi menſes nobiſcū realiter & veraciter laboraſſe. Harꝝ ſerie literarꝝ atteſtamur. Et cūctis notum relinquimus volentes & autoritate vniuerſalis eccleſiæ decernētes, q̄ p̄ntes literæ ad ꝓbādum plene huius rei ſeu facti exiſtentiam ſiue certitudinē vbiq; ſufficiāt. Nec ad id ꝓbationis alterius adminiculū requiraī. Nulli ergo omnino hoīm liceat hanc paginā noſtræ atteſtatōis voluntatis & conſtitutōis infringere, vel ei auſu temerario cōtraire. Si qs aūt hoc attētare p̄ſumpſerit indignationē oīm̄potētis dei & vniuerſalis eccleſiæ ſe nouerit incurſurꝝ. Datū Baſileæ quinto Caleñ Iulij. Anno à natiuitate dñi. M.CCCC.XXXIX. apoſtolica ſede vacante.

¶ Decretū quinq; conciliorum, aduerſus Eugeniū papam quartum.

D BAſilienſis ſacroſancta generalis ſynodus, &c. Ad perpetuā rei memoriam ſolicitudinem generalium conciliorum, q̄rum frequens celebratio agri dominici, p̄cipua cultura eſt, maxime fieri decet vt euellant & deſtruāt vepres & tribulos errorꝝ, ꝙficēt q̄; & plantent ſanam doctrinam veritatis per quā animæ hominum nutriantur in ſalutē Quod attendens hæc ſancta ſynodus, volens q̄ errores varios aduerſus euangelicam veritatem & determinationem eccleſiæ pullulantes extinguere tres catholicæ veritatis fidei cordibus omnium chriſtianorum per ſolemne decretum ſuæ ſeſſionis firmius inſerere curauit, cuius decreti tenor talis eſt, Sacroſancta generalis Baſilieñ, &c. Ad perpetuam rei memoriam. Sicut vna eſt Chriſti eccleſia ita, &c. vt habetur in triceſimatertia ſeſſione. His autem ſic præmiſſis prouidendum inſup fuit vt ea reſcinderent ſarculo eccleſiaſticæ ſolicitudinis, quæ in aduerſum errata ſunt Et potiſſime dum error in illo deprehendit, q aīabus chriſtianorum grauius poſſet afferre nocumentū, alios q̄ ad errandū facilius inducere. Tanta enim nobis cura eſſe debet conſeruandæ chriſtianæ fidei vt nec in minimo p̄mittatur violari, quam p̄tinaciter offendentes in aliquo totū offendere cenſent, dū doctrinā eccleſiæ catholicæ in his q̄ fidei ſunt nō ſequunt velut ineffabilem regulā, ſed iudicium propriū in aduerſum obduratis animis ſequi volunt. Verum, præcipue cauendū eſt ne is qui alioꝝ doctor in via veritatis eſſe debet, alios in foueam & præcipitium erroris abducat: & potiſſime talis erroris q̄ vniuerſaliorꝝ conciliorꝝ authoritatem eneruet, quorꝝ iudiciū ſummū eſt in terris in extirpatione errorꝝ & conſeruatione rectæ fidei, nec vnquā aliqs peritorꝝ dubitauit ſummū pontificē in his q̄ fidem concernūt iudicio eorundem conciliorꝝ vniuerſalium eſſe ſubiectum. Conquieſcat aūt Chriſtiana religio in p̄miſſa declaratione catholicæ fidei circa ipſorꝝ conciliorꝝ authoritatem explicata in ſacra Conſtantieñ. ſynodo. Et deinceps

cum

cum olim Eugenius papa quartus hanc synodū Basilieñ. sine ipsius consensu attētasset prima vice dissoluere declaratū sibi fuit hoc ipsum præmissæ declaratiōi repugnare. Quodq; nō poterat dissoluere, aut in aliū locū transferre, vel in aliud tēpus prorogare gñale cōciliū vlem ecclesiā representās sine cōsensu ipsius, ac etiā veritas iuris diuini & articulus fidē cōcernēs, quæ sine interitu salutis negligi nō pt, tandē post longā resistētiā quā aduersus veritatē fecerat, & multiplices admonitiōes atq; iformatōes sibi p hāc sanctā synodū factas, dissolutionē ipsam reuocauit. Illāq; declarauit fuisse irritā & inanē, reuocās etiā quicqd cōtra huius sacri concilij Basilieñ. autoritatē per ipm, aut suo noīe assertū erat, si vniuersa ecclesia & christiana religio in hac fidei veritate cōquieuit firmiter credēs nō posse fieri dissolutionem cōcilij sine cōsensu eius, spes aūt oīm erat ipm dñm Eugeniū attenta maxima adhæsiōe huic sanctæ synodo per eū soleniter præstita deinceps in vnitate fidei cū tota ecclesia pmanere, à qua itez prohdolor se grauius p attētatā secundā dissolutionē huius sacri cōcilij sine consensu ipsius separauit. Et cū fuisset itez admonitus vt hoc ipm reuocaret, expectatoq; diuturno tpe vt rursum errorē dimitteret ptinacius in eo permāsit, autoritatē cōciliorz gñaliū & veritates fidei circa eā declaratas assidue cōculcās. Quo dq; cōsiderās hæc sctā synodus, & vidēs se nihil apud eū admonitiones & expectationē proficere oībus, christianis rei huius veritatē manifestare debuit ne aliqs deinceps in suos errores attrahere possit, q per ignorātiā laqueos perditiōis incutrāt, sed potius lumen doctrinæ ecclesiæ catholicę iugiter sequētes faciant rectos gressus suos in acqsitione æternæ salutis, sitq; oīm vna fides, vna societas spei in vinculo pacis. Et vt clarius rei series ipsius innotescat, possintq; cūcti plenius veritatē ab errore, lumē à tenebris discernere, qnq; cōclusiōes in sua cōgregatōe gñali cōclusit hęc sctā synodus nono Calēd. Iulij proxīe pteriti declaratiuas eorz q aduersus duas veritates in decreto supra memorato positas, pfatus Gabriel, dictus tūc Eugenius papa qrtus, hæc attentauit. Quarz quidē cōclusionū tenor talis est.

¶Veritatibus duabus pdictis repugnat prima huius sacri Basiliē. cōcilij prætēsa dissolutio seu translatio p Eugeniū papā modernū de plenitudine potestatis apostolicæ, vt asserit, attētata

¶Veritatibus duabus pdictis repugnāt errores Eug. papę moderni post primā ptēsam dissolutionē siue trāslationē synodalis monitus ac iussus snīa, & forma sibi oblata, iudicialr reuocauit

¶Veritatibus duabus pdictis repugnat sacri huius Basiliē. cōcilij ptēsa dissolutio siue trāslatio p Eugeniū modernū citatū sup facto reformatōis, attētata de plenitudine ptātis vt asserit casu q cōtra ipm aut aliquē de suis pfidētibus ,pcederet inexcusabilē in fide contineret errorem.

¶Veritatibꝰ duabꝰ pdictis repugnat huius sacri cōcilij Basiliē. iterata dissolutio seu trāslatio p tēsa ipm modernū Eug. dissoluētē seu trāsferētē in reuocatū errorē ,pbat itez eē prolapsum.

¶Veritatibus duabus pdictis repugnat iterata dissolutio seu trāslatio, necnon ipsius Eugenij post eius monitionē synodalē vt ipsam dissolutionē seu trāslationē ptensam, vt pmittit, factā reuocaret. Declaratāq; cōtinuata in eadē longa pmanētia, apertaq; sua rebellio & alterius cōgregatiōis in vim prętensæ dissolutiōis sub noīe cōcilij gñalis erectio hoc sacro durante Basilieñ. concilio sunt de eiusdē Eugenij pertinacia, euidentia testimonia clamore accentoris.

¶Quæ qdē oīa deduci voluit hæc sctā synodus in notitiā cūctorz p pñtes, vt euulsis erroribus de agro dñi vnitas fidei refloreat, & oībus amplexātibus veritatē, ecclesia dei cōsequat salutē, & pacē q per hmōi dissolutōes & impugnatōes per præfatū Gabrielē tūc dictū Eugeniū papā qrtū aduersus sanctā synodū suscitatas q plurima pericula & detrimēta hucusq; sustinuisse dignoscit, & sicuti in errore suscitata scādala & schismata succreuerūt, sic ex agnitione veritatis pax & trāquillitas oriat, ipsaq; Christi ecclesia destructis aduersitatibus vniuersis, securitate gaudeat & salute. Nulli ergo oīno hoīm liceat hāc paginā nræ declaratōis, notificatōis infringere, vel ei ausu temerario cōtraire. Si qs aūt hoc attētare psumpserit, indignationē oīpotētis dei & vniuersalis ecclesiæ se nouerit incursurz. Datū Basileæ in sessione nostra publica sexto Nonas Iulij. Anno à natiuitate dñi. M.CCCC.XXXIX. apostolica sede vacante.

¶Sessio trigesimasexta de conceptione gloriosissimæ beatæ Mariæ virginis.

A

Basilensis sacrosctā generalis synodus in spū sctō legitime congregata, vlem ecclesiā representans. Ad perpetuā rei memoriā. Elucidātibus diuinæ gratiæ mysteria, mercedem gloriosam repromisit æterna dei patris sapiētia, dū ait. Qui elucidāt me, vitā æternā habebūt, qd etiā de gloriosa virgine q ipsam patris sapiētiā dei filiū æternū in vtero pertulit ac mūdo peperit sacrosctā legit ecclesia. Nā quicquid de dignitate & sublimitate virginis matris educitur in lucem, hoc non dubium est ad laudem & honorem filij sui pertinere. Et qui honorificant gratiam & sanctitatem matris, honorificant & elucidant gloriosum nomen filij eius, qui ipsam sanctificauit & repleuit gratia. Vnde si in cæteris rebus elucidatio veritatis quæ à domino deo est præclara merita parturit in ea re specialiter fructus vberrimos afferre sperāda est, q sanctificationē & dedicationē tēpli eius concernit, in

quo ante secula antequã terra fieret, & ab æterno sibi mansionẽ ordinauit prima & æterna veritas id q̃q̃ maxime cõgruit vt pax habeat in questionibus concernentibus sanctitatẽ illius p quã pax diffusa est in terris. Hactenus vero difficilis q̃stio in diuersis partibus & coram hac sancta synodo super cõceptione ipsius gloriosæ virginis Mariæ matris dei, & exordio sanctificationis eius facta est q̃busdam dicentibus ipsam virginem & eius animam per aliq̃d tempus aut instans tẽporis subiacuisse actualiter originali culpæ. Alijs aũt econuerso dicentibus à principio creationis suæ deũ ipsam diligendo gratiã eidem cõtulisse per quã à macula originali illã beatissimã psonã liberãs & præseruãs sublimiori sanctificationis genere redemit, cũ fundaret eam ipsam altissimus & ipsam fabricaret filius dei patris vt esset mater eius in terris. Nos vero diligẽter inspectis autoritatibus & rationibus q̃ iam à pluribus annis in publicis relationibus ex parte vtriusq̃ doctrinæ corã hac sancta synodo allegatæ sunt. Alijsq̃ etiã plurimis sup hac re visis & matura cõsideratõe pensatis doctrinã illã differentẽ gloriosam virginẽ dei genitricem Mariã præuenientæ & operantæ diuini numinis gratia singulari nunquã actualiter subiacuisse originali peccato, sed immunẽ semp fuisse ab oñi originali & actuali culpa, sanctã q̃q̃ & immaculatã, tanquã piam & consonã cultui ecclesiastico fidei catholicæ rectæ ratiõi & sacræ scripturæ ab oñibus catholicis approbandã fore tenendã & amplexandã diffinimus & declaramus, nulliq̃ de cætero licitũ esse cõtrariũ prædicare seu docere. Renouãtes p̃terea institutionẽ de celebrãda sancta eius cõceptione q̃ tam p Romanã q̃ per alias ecclesias sexto Idus Decẽbris antiqua & laudabili consuetudine celebrat, statuimus & ordinamus eandẽ celebritatẽ præfata die in oĩbus ecclesiis monasterijs & cõuentibus Christianæ religionis sub noĩe cõceptionis festiuis laudibus colendã esse cunctisq̃ fidelibus vere pœnitentibus & cõfessis ea die missarũ solẽnijs centũ, primis aũt vel secundis vesperis totidẽ. Sermoni vero verbi diuini de ea festiuitate interessentibus centũ q̃nquaginta dies cõsessione ppetuis tẽporibus duratura de iniunctis sibi pœnitentijs, hæc sancta synodus elargit. Datũ Basileæ in sessione nostra publica in maiori ecclesia Basilien si solẽniter celebrata decimoqnto Calen. Octobris. Anno à natiuitate dñi. M.CCCC.XXXIX.

¶Sessio trigesimaseptima & est reuocatio protestationũ, cõuentionũ, iuramẽtorũ.

B GEneralis sacrosancta synodus Basilien. in spiritu sct̃õ legitime cõgregata vniuersalem ecclesiã representãs, ad futurã rei memoriam. Quoniam in opere necessario q̃d fauente superna gratia aggressuri sumus in eligendo summum pontificem & prouidendo saluti ecclesiæ in gloriã omnipotentiæ dei, non solũ q̃rere oportet quæ ad ipsius operis cõsummationẽ promouent, verumetiã impedimẽta tollere q̃ felici progressui rerũ agendarũ aduersari aut officere possunt vel qũolibet contraire vt purius, sanctius & liberius ipsa electio summi põtificis fiat oẽs & singulas, ptestationes, q̃ possunt puritati, synceritati & libertati & efficaciæ eiusdẽ electionis & eligẽdi p facturũ concilij summi pontificis obedientiæ, plenariæ obuiare, necnõ cõuentiones, pactiones, promissiones, obligationes, iuramẽta condicta intelligẽtias & intendimẽta vbicũq̃, q̃litercũq̃, & p quoscunq̃, cuiuscũq̃ status, gradus, cõditionis & p̃eminentiæ, etiã si imperiali, regali, cardinalatus, archiep̃ali, ducali, aut alia q̃cunq̃ ecclesiastica vel mundana p̃fulgeant dignitate in aduersum huius electionis factas & facta fiendas & fienda exabundãti damnat & reprobat & annullat, prout etiã de se ipsis nulla nullius q̃q̃ roboris vel momenti existãt, mandans sub obtestatione diuini iudicij, & sub excõmunicationis pœna, quam in cõtrariũ faciendo ipso facto incurrãt, & p̃cipiens ne qs talia facere, vel iam factis vti aut eadẽ obseruare quouismodo præsumat. Omnesq̃ & singulos ab huiusmodi ꝓmissionibus & obligationibus q̃buscunq̃ etiam iuramento vallatis eadem sancta synodus ad cautelam & ex abũdanti absoluit & relaxat, & ꝓut hæc de facto ꝓcesserunt absolutos & relaxatos esse declarat. Datũ Basileæ in sessione nostra publica in maiori ecclesia Basilien si solemniter celebrata, nono Calen. Decembris. Anno à natiuitate domini. M.CCCC.XXXIX.

¶Aliud decretum eiusdẽ sessionis de modo eligendi summũ pontificem.

C BAsilien sis sacrosancta generalis synodus in spũ sancto legitime congregata vniuersalem ecclesiam representans, ad futurã rei memoriã. Consolabit dominus Syon & consolabit oẽs ruinas eius, ait Esaias propheta, & ponet desertum eius quasi delitias, solitudinem eius quasi hortum domini, gaudium & lætitia inuenietur in ea, gratiarum actio & vox laudis, quod iam aspirante singulari gratia spiritus paracleti in ecclesia conspicere speramus, & videre pastorem bonum constituendum à domino super familiam suam, qui sapienti & fideli regimine releuet ipsam ecclesiam à languoribus suis, quos exinutili & dãnosa administratione hactenus ppessa est. Et licet diuersis temporibus diuersi modi sup electionem Romanorũ pontificum obseruati sint, prout necessitas & vtilitas ecclesiæ exposcebat, nunc tamen cura rei huius sub directione omnipotentis dei incumbit huic sanctæ synodo congregatæ pro reformatione ecclesiæ & salutæ omnium fidelium in nomine Christi saluatoris qui ait, Vbi sunt duo vel

tres con-

tres cõgregati in noie meo, ibi ego sum in medio eorũ. Etiam post æditionẽ salubriũ decretorũ & sacrorũ canonũ, atq; iustã depositionẽ illius q ipsos canones & decreta spernebat ac parui pendebat sanctæ reformationi & restaurationi legis diuinæ ac publicæ saluti vehementer obsistens, supest viz talẽ q̃rere à dño & cũ beneplacito suæ benignitatis eligere, p quẽ desiderata cunctis gentibus ipsa reformatio atq; salutaris gubernatio ecclesiæ dei in salutarẽ reducant effectũ. Nã & singulariter futuro pastori incũbit bene regendi necessitas, dũ recens exẽplũ sui prædecessoris ob eius dãnosum regimen electi ante oculos positũ habebit. Dudũ q̃q; in q̃rta sessione huius sanctæ synodi celebrata duodecimo Calẽdas Iulij. Anno à natiuitate domini. M. CCCC. XXXII. statutũ fuit de electione Romani pontificis, si sedẽ apostolicã hoc sedẽte concilio vacare contingeret in hunc modũ. Hæc sctã synodus decernit, statuit, atque diffinit q̃ in euentu vacationis sedis apostolicæ hoc sacro concilio durante, electio summi põtificis in loco istius sacri concilij fiat. Et interdicit, ne alibi celebret. In contrariũ attentata quauis autoritate, etiã si papali, nõ obstantibus quibuscunq; cõstitutionibus æditis vel ædendis, aut alijs in cõtrariũ faciẽtibus, ac si de ipsis de verbo ad verbũ esset faciẽda mẽtio specialis, aut iuramẽto firmata existãt, q̃bus ex certa scientia derogat & decernit nulla & irrita esse declarat, & nullius roboris vel momẽti ipso iure. Contrariũ facientes & attentãtes sint tã actiue q̃ passiue, q̃ ad electionẽ Romani pontificis & quascũq; alias dignitates inabiles, & oĩbus habitis dignitatibus ppetuo priuati, & infamiæ notã & excõicationis sniam incurrant ipso facto. Quod si forsitan aliqua de facto p̃tensa electio p̃sumeret, tã electus prætensus q̃ illi adhærẽtes & eũ pro tali gerentes, supradictas pœnas incurrãt. Absolutionẽ oĩm & singulorũ q̃ p̃missas sententias aut aliquã earũ incurrerint quo q̃ modo dicta sctã synodus tantũmodo, prætereq̃ in mortis articulo sibi reseruat, decernens p̃sens decretũ ligare, afficere, vim & effectũ habere & sortiri post q̃draginta dies continuo proxime secuturos à die publicationis eiusdẽ. Deinceps aũt in nostro decreto septimæ sessionis ordinatũ fuit, q̃ in euentũ prædictũ vacationis sedis apostolicæ hoc sedente generali concilio ante sexaginta dies à tpe ipsius vacationis continue cõputandos ad electionẽ Romani pontificis minime procederet, quẽ terminũ sexaginta dierũ post q̃ vacauit ipsa sedes per depositionẽ Gabrielis olim Eugenij papæ quarti hęc sctã synodus duxit expectandum. Decreuit q̃ à fluxo illo termino electionẽ Romani pontificis in hoc sacro concilio esse fiendã modis & formis per ipsum concilium declarandis, prout in decreto nostro trigesimæ quintæ sessionis plenius continetur. Cũ aut̃ iam post eiusdẽ terminĩ lapsum adhuc per plures dies ad electionem præfatã procedere distulerimus, ecclesiaq; acerrimos dolores patiat dũ protelat sedis apostolicæ diuturna vacatio, & differt noui pastoris electio, ipse q̃q; q iustissime depositus est varijs artibus ecclesiã cõturbare conatur, & apostolicæ sedis primatũ nephanda p̃sumptione tenere & occupare in graue scandalũ ecclesiæ, & magnũ periculũ fidei, & religionis christianę, q pertinaciã suam in dies magis ac magis hominibus manifestando mẽse Septẽbris proxime p̃terito, horrendã inuectiuã aduersus veritatem fidei in hanc sanctã synodũ eiusq; fautores & defensores promulgauit, nõ correctionem seu emendationẽ proferẽs, sed oĩm incorrigibilitatẽ & pertinaciã ostẽdens, atq; ppriis factis toti mundo manifestãs q̃d necesse est ecclesiæ catholicæ de prudẽti & fideli pastore prouidere, q eã à p̃secutionibus tã reprobi hoĩs defendat, fidẽq; conseruet, ac iustitiã & veritatẽ tueat, animasq; pretioso Christi sanguine redẽptas, quas p̃fatus Gabriel seducere nitit, dirigat in viã salutis. Nã sicut res ipsa iudicat plura & maiora scandala in dies euenient, nisi per auxiliũ gratiæ dei de remedio prouideret opportuno. Ad quod q̃rendũ & de idoneo pastore prouidẽdum necessitas fidei maxime nos impellit. Volens itaq; tandẽ hęc sctã synodus post maturã & longam expectationẽ exoluere debitum obsequiũ dño deo suo, & saluti atq; necessitati ipsius ecclesiæ, vt tenet prouidere ad laudẽ & gloriã beatissimæ trinitatis, patris, & filij, & spũs sancti, statuit, decernit, & declarat electionẽ Romani pontificis fiendam & celebrãdã esse pro hac vice per hoc sacrum concilium Basilien. seu eius autoritate modis & formis infrascriptis.

¶ Et primo, q̃ vnà cum dilecto ecclesiæ filio Ludouico tituli sanctæ Ceciliæ sanctæ Romã. eccle A
siæ pbr̃o cardinali Arelaten. vulgariter nũcupato p̃sente, & p̃sidẽte huic sacro cõcilio. Et alijs
ipsius sanctæ Ro. ecclesiæ cardinalibus, si q ante cõsummatã electionẽ futuri summi pontificis aduenerint, & adhærẽtes huic sacro concilio eidẽ electioni interesse voluerint. Alij tã de p̃latis q̃ cęteris honorabilib⁹ ecclesiasticis viris ĩ sacerdotio aut saltẽ diaconatus ordine cõstituti vsq; ad nũerũ triginta & duorũ p eandẽ synodũ ad p̃dictã electionẽ faciendã in nostra gñali congregatione, ac in sessione publica nominãdi & deputãdi potestatẽ habeant, prout secundũ deũ & cõsciẽtias suas eisdẽ videbitur, hac vice libere eligẽdi summũ pontificẽ authoritate huius sanctæ synodi, ita vt ille absq; vlla exceptione ab vniuersali ecclesia summus põti. habeat qui ab oĩbus p̃dictis sic debẽtibus pro hac vice eligere, aut saltẽ à duabus partibus ipsorum

fuerit electus,& cõsensum,vt infra dicit̃ præstiterit.Nec valeat electio nisi duæ pr̃es p̃dictor̃ in ipsum electũ cõsenserint & cõuenerint,q oẽs ꝓ hac vice eligere debẽtes,tãto attentius synceris mentibus & expurgatis cõscientijs idoneũ & putilem pastorem eligere curent,quãto eccleſiã in maioribus necessitatibus positã cõspiciũt. Ad solũ deũ oculos dirigentes,q in districtissimo examine de tãto & tã arduo negocio(ex q̃ pendet salus vniuersalis eccleſiæ) reddituri sunt rõnem. Ordinat insup statuit & decernit hęc sc̃ta synodus q̃d supradicti eligere debẽtes die seq̃nte post noĩationem eor̃ in congregatõe gñali cõueniãt oẽs in maiori eccleſia Basilieñ.in q̃ missa& sermo solẽnes celebrent̃,& fiãt ꝓut est de more fieri in die ,qñ intrat̃ cõclaue,tenebit̃q; eodem die publica sessio,& ibi oẽs suscipiãt Eucharistiæ sacramentũ,ac iuramentũ præstent q̃d in vicesimatertia sessiõe huius sanctæ synodi extitit ordinatũ.Quibus pactis sine redeũdo in domos suas intrent cõclaue ad hoc ordinatũ in domo huius ciuitatis Basilieñ.in q̃ sacra deputatio ꝓ cõibus teneri cõsueuit ad electionẽ huius celebrandã,& cõsequenter presentandũ,ac intimandũ,cæteraq; faciendũ,obseruandũ & prosequendũ q̃ in p̃nti decreto expressa sunt,& q̃ in cæteris hic nõ expressis alia decreta huius sanctæ synodi,necnõ aliæ cõstitutões & ordinatões,videlicet tam in corpe iuris clausæ q̃ extrauagãtes q̃ hactenus obseruari consueuerũt de cardinalibus,& alijs electoribus Ro.põtificis statuũt & decernũt,q̃ oĩa saluis expressis in p̃dicto decreto volumus ĩ suo robore ꝑmanere. Et etiã in prædictis ad eligendũ ꝓ hac vice deputatis & deputãdis locũ habere quemadmodũ de cardinalibus in prædictis decretis cõstitutionibus & ordinationibus statutũ & ordinatũ reperit. Sed nullũ eisdem expressis q̃uismodo præiudiciũ generare

B ¶Electus aũt in papã p̃tata sibi electõe si p̃s in hac ciuitate fuerit,ꝓ aliquos ex ipsis vel alios ad hoc habentes mãdatũ ab eis in p̃tia notarij & saltẽ decem p̃sonar̃ req̃situs teneat infra diem naturalem ab hora req̃sitionis cõsentire,ac iurare modo & forma inferius descriptis. Alioqn eius electio pro infecta habeat. Volumus aũt q̃d si cõtingeret ipsum electũ hmõi electionem non acceptare seu ei nõ consentire modo & forma,& in tẽpore ordinatis q; præfati ad eligendũ ordinati ad alterius electionẽ procedãt priusq̃ exeãt cõclaue,si præfatus electus in hac ciuitate fuerit Si vero fuerit extra ciuitatẽ eo casu infra triduũ post noticiã habitã in concilio,& p ipsum cõcilium in cõgregatõe gñali declaratã de recusatione p electũ facta iter̃ intrent cõclaue ꝓ electione alterius facienda oĩbus modis & formis sicut supius dictũ est. Et si qs ipsor̃ elector̃ à tempore primi ingressus cõclauis in antea recederet à cõcilio,vel decederet,aut impedimẽtum haberet p q̃d non posset electioni interesse,vel etiã cõclaue intrare nollet , alius loco eius subrogeẽ de eadẽ natione p ipsos ad eligẽdũ deputatos,aut per maiorem partẽ ipsor̃,q habebit cõicare & iurare prout præfati, deputati,aut maior pars ipsor̃ ordinauerit,duret̃q; ptãs oĩm & singulor̃ prædictor̃ absq; noua deputatione elector̃,donec electio p eos faciẽda realiter p cõsensum electi fortita fuerit effectũ. Hãc aũt formã & modũ electionis approbat,statuit,ordinat & decernit hæc sancta synodus ꝓ hac vice,Et ad oẽm scrupulũ submouendũ oẽs & singulos in eadẽ synodo p̃tes & venturos,& q ei adherebũt,quantũ ad hmõi electionis opus & toralẽ effectũ ab omnibus sñis excõmunicatõis(si q̃s forsan incurrerint)& q̃buscunq; cẽsuris à iure & ab hoĩe gñaliter vel specialiter,etiam à concilijs promulgatis absoluit,ipsosq; ad oẽs actus in eadẽ synodo agendos actiue vel passiue,q̃tenus opus est habilitat & habiles esse declarat, volẽs etiam vt specialiter in oĩbus ad eligendũ deputatis aut deputandis(vt præmittit̃)locũ habeat cõstitutio Clemẽtis.v.q̃ ordinat vt nullus ex cardinalibus cuiuslibet excõmunicationis,suspẽsionis,& interdicti p̃textu à dicta electiõe repelli valeat,cæteris eiusdẽ cõcilij decretis in his q̃ supius expressa non sunt semp saluis,supplẽs ex certa sc̃ia & plenitudine potestatis oẽs & singulos defectus,si qui forsitan interuenerint in p̃missis,ac etiã suspendẽs oĩa iura positiua in cõcilijs gñalibus,& summis põtificibus ædita & statuta,& ordinationes, cõsuetudines & priuilegia q̃buscunq; cõcessa,pœnas cõtra q̃scũq; ordinatas. Et eis derogãt inquantũ effectũ p̃tis decreti ipedire possent q̃quomodo in cõtrariũ faciẽtibus nõ obstantibus q̃buscũq;. Præterea cũ necessitas reg̃ & circũstantiæ tẽporis id exposcãt,vt hæc sacra synodus & ipse summus põtifex p dei gratiã in ꝓximo assumẽdus quã maxime vnũ sint eadẽ charitate,& vnanimi consensu q̃ pluribus ad hæc vigẽtibus rationibus ordinat & decernit,vt electus in summũ pontificẽ priusquã aliq̃d graue in his q̃ pertinẽt ad administrationẽ papatus exerceat insignia coronationis sue assumere debeat in loco huius sacri concilij ad quẽ si absens fuerit infra terminum sibi assignandum p deputatos ad eligẽdum vel maiorẽ partẽ eorundẽ venire teneatur.

¶Forma consensus professionis & iuramẽti p̃standi p ipm electũ in pontificẽ.

C ¶In nomine sanctæ & indiuiduæ trinitatis patris & filij & spũs sancti. Ego.N.electus in papam oĩpotẽti deo.cuius eccleſiã suo præsidio regendam suscipio, et btõ Petro apostolor̃ principi corde & ore ꝓfiteor q̃ diu in hac fragili vita cõstitutus fuero,me firmiter credere & tenere fidẽ catholicã secundũ traditionẽ apostolor̃, gñalium concilior̃, & alior̃ sanctor̃ patrũ ,maxime

autem

aũt sacroꝝ octo concilioꝝ vniuersaliũ videlicet primi Niceni secundi Constãtinopolitani, tertij Ephesini, quarti Calcedoneñ. quinti & sexti. Item Constãtinopolitani, septimi. Itẽ Niceni, octaui q̃q; Constantinopolitani, necnõ Lateraneñ. Lugduneñ. Vieneñ. Constanti. & Basilieñ. gñaliũ cõcilioꝝ. & illã fidẽ vsq; ad animã & sanguinẽ cõfirmare, defensare, & p̃dicare, ritũq; pariter sacramentoꝝ ecclesiasticoꝝ ecclesiq traditũ, oñimode ꝓsequi & obseruare polliceor, etiã fideliter laborare ꝓ tuitione fidei catholicæ & extirpatõe hęresum & erroꝝ, reformatõe moꝝ, executõe & obseruatõe decretoꝝ Cõstañ. & Basilieñ. concilioꝝ, ac pace in populo christiano. Iuro etiã prosequi celebrationẽ concilioꝝ gñalium, ac confirmationẽ electionũ iuxta decreta sacri Basilieñ. cõcilij. Hãc aũt professionẽ mea manu subscripsi, & tibi omnipotẽti deo super altare pura mente offero, & in die tremendi iudicij reddituꝝ sum de hoc & alijs meis operibus rationẽ, quã etiã ꝓfessionẽ in primo publico consistorio solẽniter repetã. Datũ vt supra patebit

¶Decretũ inhibitionis ne bona electi & eligentium rapiantur.

¶Sacrosancta gñalis synodus Basilieñ. ad ꝑpetuã rei memoriã, Cũ ea q̃ laudabiliter ꝓ reprimendo conatus malignantium ordinata sunt nullatenus negligi deceat, sed potius diligenti seruari studio, sacrũ canonẽ dudũ in concilio Constantiensi æditũ aduersus illos q bona electoꝝ famabantur de nouo electi in summũ pontificem rapere audere, innouat hæc sancta synodus sub huiusmodi tenore. Omnis ætas ab adolescẽtia sua prona est ad malum, ad id præsertim ad q̃d cupiditatis & auaritiæ stimulis incitatur. Fiunt aũt & factæ sunt leges, vt eaꝝ metu humana refrenetur audacia, tutaq; sit inter improbos innocẽtia, & refrenetur nocendi facultas. Cũ itaq; nonnunquã eueniſſe comperimus, q̃d electo Romano pontifice, nõnulli sub prætextu p̃tensę cuiusdam abusiuę licentię res & bona sic electi quasi culmine diuitiaꝝ adepto falso p̃tendentes occupanti concedi. Nedũ illius sic electi, imò aliquando nonnulloꝝ quos electos esse mendaciter cõfingunt, domos, res & bona cardinalium, aut electoꝝ Romani pontificis, & alioꝝ in loco conclauis existentiũ etiam violenter inuadunt, recipiunt, occupant & transportãt lucri facta existimantes, ex q̃bus si p̃mitterentur plura pericula, scãdala, rapinæ, furta, & nonnunquã homicidia sequerent. Nos igit̃ tam sceleratæ temeritatis & audaciæ viã p̃cludere, & hmõi periculis & scandalis obuiare volentes, præfatũ dãnantes sceleratum abusum, talia fieri hoc æ dicto prohibemus statuentes q̃d q̃cunq; cuiuscũq; status aut cõditionis existãt cõtra hoc præsumpserint attentare aut ad hoc auxiliũ, consilium, vel fauorem prebere, pœnas quas in violentos raptores & occupatores hmõi iura atq; apostolicæ & imperiales cõstitutões statuũt, & eoipso excõicationis sentẽtiã incurrãt, à q̃ nisi per hanc sanctã synodũ, aut futurũ Romanũ põtificẽ preterq̃ in mortis articulo & facta satisfactione absolui nequeãt, & oñi officio, bñficio, priuilegijs ac dignitate ecclesiastica & mũdana, feudisq; & rebus alijs, si q̃ aut quas in Roma. vel alijs ecclesiis obtinebit fit priuatus, & intestabilis actiue & passiue existat Ciuitas vero q̃ in p̃missis culpabilis fuerit ecclesiastico subiaceat interdicto, huic adijcientes sanctioni vt dñi tẽporales rectoresq; & officiales ciuitatis vel loci vbi electionẽ Romani pontificis contigerit celebrari illa imminente p̃missa fieri sub grauibus pœnis publicæ & realiter prohibeant, & prohibitionẽ diligenter faciãt obseruari. Cæteris constitutõibus circa talia æditis in suo robore duraturis. Et qa nũc imminet electio Romani põtificis p hãc sanctã synodũ, seu eius autoritate celebrãda vbi obseruatione & executiõe p̃fate constitutõis opus est, nos oĩa & singula p̃dicta agendi & exequendi illis p̃sonis tã ecclesiasticis quã secularibus q̃ postmodũ in nostra cãcellaria noĩabunt plenã & liberã committimus, & concedimus facultatẽ & potestatẽ decernentes literas sup hoc fieri cũ censuris & alijs remedijs iuris, etiam cũ inuocatione brachij secularis & clausulis opportunis. Datum, vt supra

¶Ne tempore electionis fiat audientia.

¶Sacrosancta gñalis synodus Basilienſis, ad futurã rei memoriã. Ne variaꝝ reꝝ occupatio actũ salubrem electionis futuri pontificis impediat aut perturbet, decernit hæc sancta synodus, vt ad tam necessariũ & tam salubre electionis negociũ attentius procedat. Audientiã, & omne cauſarum & litiũ, exercitium in hoc sacro concilio preter audientiã camere à die quo deputati ad eligendũ summũ pontificem intrabũt conclaue. Et deinceps ad publicationem electionis ipſius summi pontificis inclusiue suspendenda esse, eademq; hoc præsenti decreto suspendit & prohibet, irritũ decernens, & inane q̃quid in contrariũ fuerit attentatũ. Datũ vt supra.

¶Sessio tricesimaoctaua.

Sacrosancta gñalis synodus Basilieñ, in spũ sctõ legitime cõgregata vniuersalẽ ecclesiã rep̃sentãs ad ꝑpetuã rei memoriã. In Esdra scriptũ ẽ. Veritas magna & fortior p̃ oĩbus. Oĩs terra veritatẽ innocat. Celũ etiã ipam bñdixit, veritas manet, & inualescit in eternũ, & viuit, & obtinet in scla seculoꝝ. Nõ ẽ apd eã accipere p̃sonas atq; differẽtias, sed q̃ iusta sũt facit oĩbus iniustis, Cuiusq̃dẽ veritatis fortitudinẽ dũ oppugnare conat Gabriel quondã dictus Eugenius papa q̃rtus, iusto iudicio à papatu depositus seipsum magis deĩcit & ꝓsternit qui nu-

per apud Florẽtiam, put p summariã informationẽ accepimus libellum quẽdã q incipit Moyses seruus dei, pmulgauit, in quo ptẽsam trãslationẽ pfatam huius sacri Concilij in Ferrariam, quã erroneã in fide pluribus decretis & epistolis nris lucidissime declarauimus. Necnon erectionẽ schismaticã conuẽticuli Ferrariẽ. sub noĩe gñalis cõcilij, hoc sacro durãte cõcilo in vim pfatæ trãslatõis attẽtatã maiori semp cum ptinacia defendere & approbare conat. Adjciẽs, q à recta linea p anfractus erroris exorbitauimus. Quodq; cõcilũ Constãtiẽse in malignũ sensum, & à sana doctrina penitus alienũ ptraximus in hoc q declarauimus p sessionẽ nr̃am. XVI Caleñ. Iunij proxime ptæteriti celebratam tres veritates, quar̃ tenor sequitur.

D ¶ Veritas de ptãte cõcilij gñalis vl'em Ecclesiã repñtantis sup papã, & quẽlibet alter̃ declarata p Constãtieñ. & hoc Basiliẽ. generalia concilia, est veritas fidei catholicæ.

E ¶ Veritas hæc, q papa Conciliũ gñale vl'em Ecclesiã repñtans actu legitime congregatũ sup declaratis in pfata veritate, aut aliq eor̃ sine eius cõsensu nullatenus authoritatiue põt dissoluere, aut ad aliud tps, progare, aut de loco ad locũ trãsferre, est veritas fidei catholicæ.

F ¶ Veritatibus duabus pdictis ptinaciter repugnãs, est censendus hæreticus. Conat quoq; ipse Gabriel post pdicta p eum asserta sub obscuritatibus verbor̃ mũdũ inuoluere dicẽs se dãnare & reprobare veritates pdictas ad sensum Basiliẽ. quẽ (inqt) facto demõstrauit. Neq; illum sensum explicãs, nec in q̃ sensu eas approbare velit, manifestãs, q̃ fortassis ideo subticet, qm̃ manifeste videt verba dictar̃ veritatũ, ita clara eẽ, & apta, sicut sunt qd' de nulla obscuritate notari merito possunt. Nec ad multiplices, ptrahũt sensus, & p consequẽs qd' ille primus sensus iuxta quẽ se dicit reprobare dictas veritates, nullatenus allegari põt. Hoc aũt notũ facimus vniuersis catholicis qd' nullũ sensum in his habet hæc sct̃a Synodus, nec hr̃e vult, nisi quẽ sacra synodus Constãtiẽ. habuit in declaratõibus suis sensum ver̃ & catholicũ, quẽq; semp habuimus in declaratõibus p nos factis in sct̃a, vndecima, duodecima, vigesimanona, & alijs sessionibus nr̃is, ac epl̃is synodalibus pariter cũ cardinalibus sanctæ Ro. Ecclesiæ pr̃iarchis, archiepis, epis, oratoribus q in nr̃o cętu affuerunt fidel'r & vnanimiter credẽtibus qd' conciliũ habet ptãtẽ immediate à Chr̃o cui papa obedire tenet, put veritas pfata in concilio Constãtiẽ. declarata diffinit, quodq; hæc veritas ẽ iuris diuini, qd' papa ipse conciliũ gñale vl'em Ecclesiã repñtans legitime congregatum eo modo quo frequẽter declaratũ est, sine eius consensu dissoluere, aut de loco ad locum trãsferre non põt, neq; aduersus has veritates pualere potuit Gabriel ipse, q ptẽsam dissolutionẽ huius sacri Concilij sine eius consensu prima vice p eundẽ Gabrielẽ attẽtatã hoc sacro Concilio eidẽ ex parte dei oĩpotẽtis pcipiente atq; mandãte iudicial'r reuocare cõpulsus est, ac in sua adhæsione eam declarauit nullam, irritam, & inanem. Ipsaq; non obstante Concilium legitime continuatum fuisse & psecutionẽ habuisse, & hr̃e debere reuocãdo etiam exp̃sse l'ras incipiẽtes, deus nouit, quæ suo nomine factæ dicebant, & aduersus huius sacri Concilij, & alior̃ Concilior̃ authoritatẽ varios errores continebant. Itẽ duas l'ras suas incipiẽtes. Inscrutabilis, & in archano. Alias etiã quascunq;, ac qcqd p ipsum aut suo noĩe in piudiciũ, aut derogationẽ huius sacri concilij Basiliẽsis, seu contra eius authoritatẽ factũ & attẽtatũ, seu assertum erat. Ecclesia catholica tunc in pace conquieuit, tenẽs firmiter eẽ ver̃ & catholicum, qd' papa absq; consensu Concilij, ipsum dissoluere aut trãsferre non põt cognouerunt q; cuncti fideles, q acquiescere oportet iudicio gñalis Concilij summũ pontificẽ, cum post tã diuturnã resistentiam duor̃ annor̃ qbus ipsam dissolutionẽ idem Gabriel iustificare conabat, acquieuit iudicio gñalis Concilij p̃sentans iudicialiter coram eodẽ formam suę confessionis quemadmodum sacrum Concilium ordinauit reuocando expresse, vt dictum est, quæ cunq; asserta p eum aut nomine suo in contrarium. Possunt q; omnes catholici nunc videre quãta plaga inferret Ecclesiæ dei si reuocaret in dubium illa declaratio facta in cõcilio Constãtiẽsi vigore cuius & infallibili, ac inexpugnabili authoritate depositio Iohãnis vigesimitertij, & priuatio bñdicti à iure papatus, si qd' habebãt sic in suis obediẽtijs nuncupator̃, ac etiã electio Martini cui successit olim Eugenius, factæ sunt, & à qbus consequẽter oẽs creatões cardinaliũ, pmotiones plator̃, & alior̃ ordinum, & graduũ Ecclesiasticor̃ factæ sunt, quãtumcũq; declaratõis eiusdem authoritatis datæ à Chr̃o cõcilijs gñalibus vigor deperiret, si summi põtifices possent cõcilia dum cõgregata eẽnt, trãsferre de regione in regionẽ sine consensu ipsor̃. & eisdẽ cõcilijs pcipere vt dissoluerent, aut discederẽt, etiã si nollet q̃ties liberet ipsis pontificibus. Ver̃ in hac reprobatõe dictar̃ veritatũ, quã idẽ Gabriel facit in p̃fato libello intelligere possunt oẽs fideles, qũo iam id verificat quod à septẽ annis in sua duodecima sessione de ipo Gabriele prędixit hæc sct̃a Synodus, cũ ait: Et quãtũ ex eius verbis factisq; colligi põt, nil aliud prætẽdere videt nisi vt Ecclesiã pessundet, iusq; sibi & successoribus faciat nõ solũ abrogãdi ritum sacror̃ Cõcilior̃, & ea, p libito dissoluẽdi. Sed & ipsor̃ decreta spũ dei, pmulgata à qbus status pendet vniuersalis Ecclesiæ irritãdi & abolẽdi, & præsertim declarationẽ illã q in his q̃ ad fidẽ, extirpatio-

promotiones, impetrationes, cõcessiones, prouisiones, declaratões, & literas desuper ꝑ ipsis aduersarijs, & alijs qbuscunq; in ꝓiudiciũ ipsoꝝ, possessoꝝ vel derogationẽ hmõi per nos confirmatoꝝ quomodolibet etiã si motu proprio ex certa scientia aut plenitudine potestatis & de venerabiliũ fratrũ nostroꝝ sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinaliũ cõsilio & assensu tã ꝑ dictũ nostrũ ꝓdecessorẽ q̃ nos siue aliũ quemcũq; illius aut nostra autoritate siue alia quacũq; factas, datas, cõcessas & habitas, etiã si in vim eaꝝ ipsis aut alicui eoꝝ in re vel ad rẽ ius q̃situ foret, necnõ diffinitiuas, & alias etiã q̃ in rẽ transierũt iudicatã sup ecclesiis, & alijs ꝑmissis in Romana curia vel alias vbicunq; contra dictos possessores promulgatas sententias & quæcũq; inde secuta prædictis motu & scientia, ac plenitudine ꝑ bono pacis & vniõis ꝑdictaꝝ, cassamus, irritamus & annullamus, ac cassa, irrita, infecta nullaq; & inania, ac viribus vacua declaramus & denũciamus. Illas vero ex sentẽtijs q̃ ꝑ ꝑdictis possessiõibus sup præmissis, ac etiã quascunq; alias sententias & subrogationes q̃ pro qbusuis personis partibus se defendẽtibus illaꝝ omniũ nominibus & cognominibus ꝑ expressis habẽtes, & quæ in rem transiuerũt iudicatã in Basilien. seu Lausanen. ciuitatibus seu in curia ꝑfati venerabilis, ac charissimi fratris nri Amedei primi cardinalis (vt præmittit) legati vicarijq; ꝓpetui Felicis qnti in sua obediẽtia nominati vsq; in hodiernũ diem prolatæ, ac subrogationes ꝑ altero ex collitigãtibus mutuo se defendentibus facte sunt validas & ratas decernẽtes, necnõ quascũq; lites & causas desup in nra curia vel alibi cõtra ipsos possessores super prædictis ecclesiis, dignitatibus, bñficijs, & officijs qũlibet pendentibus, ꝗrum oĩm, etiã si vnæ vel duæ plures diffinitiuæ, vel aliæ sententiæ prolatæ sint, status ꝑtibus pro expensis habentes ad nos aduocamus & totaliter extinguimus, pro maiori omniũ & singuloꝝ securitate & roboris validitate qbuscũq; personis tam ecclesiasticis q̃ secularibus cuiusq; dignitatis, status, gradus, ordinis, conditionis, vel ꝑeminentie existãt, etiam si cardinalatus, patriarchatus, archiepiscopali, episcopali, aut alia q̃cunq; præfulgeãt dignitate, necnõ quarũcunq; tã cathedraliũ q̃ collegiataꝝ & aliaꝝ ecclesiaꝝ & monasteriоꝝ, capitulis, collegijs, & cõuentibus, ac singularibus ꝑsonis earundem, illiq; vel illis ad quẽ seu ad ꝙs dictaꝝ ecclesiaꝝ bñficioꝝ ecclesiasticoꝝ & officiorum electio, collatio, prouisio, ꝑsentatio, seu q̃uis alia dispositio communiter vel diuisim pertinet, ac hmõi possessoꝝ aduersarijs, qbus per nos ad nostrũ prędecessorem seu aliũ quemcũq; facte sunt concessiones & prouisiones de hmõi ecclesiis, bñficijs, & officijs possessis, omnibus & singulis alijs ꝙꝝ interest, vel intererit qũlibet in futurũ mandamus expresse inhibentes videlicet patriarchis, archiepiscopis & episcopis, sub suspensionis ab ingressu ecclesiæ. Minoribus vero personis singularibus sub excõmunicationis, necnon dictoꝝ possessoꝝ aduersarijs sub simili excommunicationis, ac priuationis omniũ & singuloꝝ bñficioꝝ suoꝝ q̃ obtinent & inhabilitationis ad illa & ad alia in posterũ obtinenda perpetuę; infamiæ, collegijs vero capitulis & cõuentibus sub suspensionis à diuinis pœnis sententijs & censuris, q̃s contrafacientes & rebelles prout quẽlibet ipsoꝝ concernit exnũc, prout extunc, & extunc prout exnunc incurrerere volumus ipso facto, ne ipsi seu eoꝝ alter publice vel occulte, directe vel indirecte ꝗuis quæsito colore vel ingenio contra declarationes, cõcessiones, approbationes, ratificationes, cõfirmationes, & alia ꝑdicta vel eoꝝ aliq̃d in præiudiciũ damnũ & grauamen dictoꝝ possessoꝝ & derogationẽ ꝑmissorum ꝑ nos confirmatoꝝ aut alicuius eoꝝ facere, dicere & attentare, seu ipsi ꝓnominati ad quos spectat hmõi electio, collatio, prouisio, ꝑsentatio, seu q̃uis alia dispositio quemquã aliũ ad ecclesias, dignitates, bñficia & officia seu alia præmissa hactenus sic possessa recipere & admittere, neq; possessores hmõi sup præmissis in aliquo vexare, perturbare, molestare, seu inquietare qũlibet præsumãt aut præsumat, sed ea oĩa & singula inuiolabiliter, & fine cõtradictione quacunq; quãtũ in eis ẽ manuteneãt & obseruent, dictosq; possessores in possessione sua hmõi teneant & defendant. Si q̃ etiã (qd absit) ꝑ quempiã quacunq; etiã autoritate nostra contra ꝑmissa seu eorũ aliqua aut, aut in preiudiciũ dictoꝝ possessoꝝ seu alicuius eoꝝ nouitates facte fuerint seu fierent illas, aut q̃cunq; inde secuta exnunc prout extunc habemus & haberi volumus pro infectis. Et nihilominus contrauenientes & rebelles huiusmodi siue patriarchæ, archiepiscopi, aut episcopi fuerint ab ingressu ecclesiæ, minores vero ꝑsonas singulares excõicatos, necnon dictos aduersarios, & eis auxiliũ dantes vltra excommunicationis pœnam bñficijs & officijs suis priuatos, inhabiles, & infames. Capitula vero collegia & conuentus à diuinis suspensos per quemlibet ordinarium loci, aut alterum in dignitate constitutum siue canonicum alicuius ecclesiæ cathedralis per quemcunq; ex huiusmodi possessoribus eligendum & requirendum seu executionẽ dandũ super huiusmodi nostra voluntate in Romana curia siue extra declarari & denunciari volumus & mandamus. Super quibus omnibus & singulis ipsis & eorum cuilibet autoritate apostolica damus & concedimus facultatem reiectis in præmissis omnibus & singulis cautelis & appellationibus quibuscunq; in præiudicium præmissorum interpositis seu interponendis, quas tãquã friuolas & inanes cum inde secutis & secuturis extũc prout exnunc & exnũc prout extũc cassa

mus, irri-

mus, irritamus, annullamus, & p̄ fectis haberi volumus vicecācellario, & qbuſuis alijs officialibus noſtris expreſſe inhibētes, ne ad cuiuſuis inſtantiā ſup cauſis prætenſaꝝ appellationum hmōi aut alias via ſimplicis quærelæ ſeu reſtitutōis in integrū aliquā cōmiſſionē ſignare, ſiue reſcriptū etiā extra Romañ curiā cōcedere, nec auditores cauſaꝝ palatij noſtri ſiue ordinarij loci, aut qcunq; alij cōmiſſiones ſiue reſcripta hmōi recipere ſeu cauſas deſup motas & mouendas audire p̄ſumāt ſeu attentēt. Adijcientes, q̄ ſi vllo vnq̄ tpe appareret de alia cōceſſione ſeu declaratōe p nos aut noſtros, ſeu dicti p̄deceſſoris literas quaſcūq; clauſulas, etiā derogatorias gñales vel ſpeciales ſub quacūq; verboꝝ forma in ſe cōtinētes, licet in illis dicaṫ nō obſtātibus clauſulis, dicētibus q̄ illis nō deroget, niſi de eis ſpecialis mentio fiat, aut q̄ de verbo ad verbū, & cū toto tenore illaꝝ inſeri debeat facta ſeu fienda, p quā dictos poſſeſſores ſeu eorū aliquē in hmōi ſuoꝝ bñficioꝝ poſſeſſionē, ſeu alias turbari, vexari, moleſtari, ſeu inquietari, aut cōtra hmōi noſtras cōceſſiones, prouiſiōes, & alia p nos approbata fieri, atq; contraueniri poſſit, etiā ſi motu proprio ex certa ſcientia, ſiue de plenitudine poteſtatis, & de ipſoꝝ venerabiliū fratrū noſtroꝝ cardinaliū conſilio & aſſenſu emanarent ſeu emanaſſent tales declarationes aut cōceſſiones pro bono pacis & vnionis eccleſiæ nullatenus effectum ſortiri, ſed pro infectis exnūc prout extūc haberi volumus. Veꝝ ſi in obediētia p̄dictoꝝ tunc nūcupati Felicis & illoꝝ q Baſileæ & Lauſanæ, ſub noīe gñalis cōcilij tunc pmanſerūt duo vel plures ſuper vno vel pluribus bñficijs litigarēt, poſſeſſio nō poſſidenti nō afferat præiudiciū, ſed cuilibet ius ſuū ſemp ſaluū cōſeruet, etiā vnicuiq; maneat ius q̄d añ hmōi diuiſionē ſibi q̄ſitū erat. Et ſi fuerint aliquæ eccleſiæ ſeu bñficia, quaꝝ ſeu quoꝝ caput in vna obediētia & mēbra in altera exiſtāt, mēbra reducant ad caput. Saluo tñ q̄ mēbrū obtinēs in illius remaneat poſſeſſione ſi ius eidē cōpetat añ hmōi diuiſionē. Cæteꝝ qa difficile foret p̄ſentes literas ad ſingula, in qbus eis forſan fides faciēda fuerit loca deferre, dicta autoritate apoſtolica decernimus q̄ illorum tranſſumpto manu publica & ſigillo alicuius ep̄i, aut illius vicarij ſeu curiæ, aut ſuperioris eccleſiaſtici ſignato & munito, pinde ac ſi originales literæ hmōi exhiberent fides plenaria adhibeat & ſtetur. Mādantes nihilominus literas in ſimili forma pro qbuſcūq; particularibus p̄ſonis eas petētibus & habere volētibus illoꝝ noībus & cognominibus ſpecifice expreſſis cū deſignatōe eccleſiæ, dignitatis, bñficij ſiue bñficioꝝ aliarūq; cōceſſionū ſuperius deſignatarū in cancellaria noſtra & alibi gratis, & ſine ſolutiōe alicuius taxę ſaluo moderato ſalario ſcriptorū expediri, & irritū decernimus & inane, ſi ſecus ſup his à quoq̄ quantę vis autoritatis ſciēter vel ignoranter cōtigerit attētari. Nulli ergo omnino hoīm liceat hanc paginā noſtrę approbatōis, ratificatōis, confirmatōis, prouiſionis, decreti, voluntātis, impoſitōis, caſſatiōis, remiſſionis, relaxatōis, donatōis, abſolutōis, liberatōis, inhibitōis, impoſitōis, irritatōis, annullationis, declaratōis, denuntiatōis, aduocatōis, extinctionis, volūtatis, mādati, dationis, cōceſſionis, adiectionis, & cōſtitutōis infringere vel ei auſu temerario cōtraire. Si qs aūt hæc attentare p̄ſumpſerit, indignationē oīpotentis dei, & beatoꝝ Petri & Pauli apoſtoloꝝ eius ſe nouerit incurſurū. Datū Spoleti. Anno incarnationis dñicæ milleſimo quadringenteſimo quadrageſimonono decimoquarto Calend. Iulij. Pontificatus noſtri anno tertio. P. de Noxeto. Marcellus de curia regiſtrata in camera apoſtolici conſilij.

¶ Confirmatio conſtitutionū Frederici ſecūdi, & Carolinæ cū multis adiectionibus p cōciliū Cōſtātienſe in. xix. ſeſſiōe, qbus libertati eccleſiaſticæ plurimū faueṫ, & ob id adijciēdā p̄fato opi cōſtituimus, vt ex illa q̄tū deferendū ſit eccleſiæ quiſq; agnoſcat.

SAcroſcta ſynodus Conſtantienſis in ſpeculū ſuæ conſiderationis extollens q̄grauiſſima diſpendia eccleſiæ, monaſteria, hoſpitalia, zenodochia, & alia pia loca, ac perſonæ eccleſiaſticæ ſic tpe guerrarū & lugubris ſchiſmatis prohdolor cauſante malitia & ambitione mentium humanarum ad talia diuerſis coloribus, modis, & titulis inhiantium improbe hactenus pertulerint, maxime à tēpore felicis recordationis Vrbani papæ ſexti incluſiue citra, ac perferāt inceſſanter in tallijs collectis, exactionibus, occupationibus, inuaſionibus, detētionibus, diſtractōibus, cōceſſionibus, vēditiōibus, infeudatiōibus, emphiteoticis, & alijs locatōibus, donatōibus, dimēbratōibus, dationibus, permutatōibus, & alijs varijs & diuerſis alienatōibus regnorū, prouinciarū, comitatuū, dominiorū, territoriorū, diſtrictuū, ciuitatū, caſtrorū, villarū, & aliorum locorū, bonorū, iurium, etiā ſp̄ualium, ac iuriſdictionum ad Romañ & eccleſias alias, monaſteria, hoſpitalia, zenodochia, & pia loca ad p̄ſonas hmōi cōmuniter vel diuiſim ſpectantiū, alijſq; grauaminibus hactenus à dicto tēpore citra, & p ipm tēpus, ſeu ipſo tēpore vſq; in præſentem diem præter ſeu contra diſpoſitionē iuris ſcripti, q̄modocūq; & qualitercunq; impoſitis, illatis, factis, ſeu præſumptis, aut attētatis. Ac intendēs & cupiens circa reformationē immunitatis eccleſiarū & eccleſiaſticarū perſonarū, ac recuperationē bonorū & iuriū ſuorū diligenter intendere, quāuis dudū contra ſeculares poteſtates, A

necnon cōsules ciuitatū,ac alios q ecclesias,& viros ecclesiasticos talijs collectis & exactionibus alijs aggrauare nitebant in Laterañ. cōcilio immunitati ecclesiæ prouisum fuit,per q̄d hmōi p̄sumptio sub anathematis districtione prohibita fuit,& illius fautores & trāsgressores excōicationi subiacere præcepit hmōi conciliū,donec satisfactionē earūdem impenderēt cōpetenter, ac etiā constitutiones & sententiæ q̄ à talibus,vel de ipsoꝝ mādato forent promulgatæ, inanes & irritæ habent nullo tēpore valiture. Et vt nullus vano in hoc decipereť errore, vt infra tēpus sui regiminis hmōi anathema q̄si post illud nō esset ad satisfactionis debitū cōpellendus, decretum fuit in eodē cōcilio ipsum q satisfacere recusaret,& successorem illius nisi satisfaceret infra mēsem manere debere ecclesiastica cēsura cocluſum,donec satisfaceret cōpetenter. Cū etiā succedere debet in onere,q etiā substituit in honore, Et licet etiā in sacris legibus ꝓ libertate & immunitate eccl'iastica siue ecclesiaꝝ & ecclesiasticaꝝ p̄sonaꝝ multa salubria & fauorabilia statuta fuerint dudū fe. recor. Honorius papa tertius attēte cōsiderās q̄ q̄ndam Fridericus secundus olim Romanoꝝ impator tūc sub obedientia & deuotōe sanctæ Romanæ ecclesiæ persistens,ad laudē eiusdē ecclesiæ,& sacri decus Ro. imperij cupiēs vt expurgatis q̄rundā erroribus & iniqs statutis penitus destitutis de cætero ecclesiæ & ecclesiasticæ p̄sonæ plena vigerēt qete,& secura libertate gauderēt,ac pie & iuste attendēs q̄ q̄rundā peruersoꝝ iniq̄tas adeo abūdauerat, vt nō dubitarent cōtra ecclesiasticā disciplinā,& sacros canones statuta sua cōfingere aduersus ecclesiasticas p̄sonas,& ecclesiasticā libertatē. Edictali lege hmōi statuta iniq̄ irritauerat,& præceperat irrita annūciari,& oīa statuta,& cōsuetudines cōtra ciuitates & loca,potestates vel consules aut q̄cunq; aliæ p̄sonæ cōtra libertatē ecclesiæ,& ecclesiasticas p̄sonas hmōi edere aut cōserua re tentauerint contra canonicas & imperiales sanctiones de ipsoꝝ capitularibus infra duos mē ses post huiusmodi legis publicationē penitus aboleri facerēt,& si de cætero talia attentarēt illa ipso iure decreuit esse nulla,& eos sua iurisdictione priuatos,necnō locū vbi talia deinceps præsumpta fuissent,banno mille marchaꝝ auri fisco imperiali præceperat subiacere,potestates vel consules,statuarij & scriptores statutoꝝ prædictoꝝ,necnō cōsiliarij locoꝝ ipsoꝝ q secundū statuta,& consuetudines memoratas iudicarent,extunc essent ipso iure infames,q̄rum sententias & actus legitimos statuerat aliqualiter nō tenere,q̄d q; si p annū præfataꝝ cōstitutionū inuēti foreet cōtemptores,bona eoꝝ p totū suū imperium mandauit impune ab omnibus occupari saluis nihilominus alijs pœnis contra tales in gñali concilio promulgatis. Et insup voluerat tūc idem imperator q̄ nulla communitas vel publica persona seu priuata collectas seu exactiones angarias,vel perangarias,ecclesiis,vel alijs pijs locis,aut ecclesiasticis personis,hmōi imponeret aut inuadere ecclesiastica bona p̄sumeret,q̄d si secus faceret,& req̄sita ab ecclesia vel imperio huiusmodi emēdare cōtemneret,tripliciter refunderet,& nihilominus banno imperiali subiaceret quod sine satisfactione nullatenus remitteret. Statuerat insuper q̄ quecunq; cōmunitas vel persona per annum in excommunicatione propter libertatem ecclesiæ violatā p̄sisteret,ipso iure bāno imperiali subiaceat,à q̄ nullatenus extraheret,nisi prius ab ecclesia bñficio absolutionis obtento. Et insuper ordinauerat vt nullus ecclesiasticā personā in criminali questione vel ciuili ad iudicium seculare præsumeret trahere cōtra canonicas sanctiones,& contra constitutiones imperiales,q̄d si secus faceret actor à suo iure caderet,& iudicatū nō teneret,& iudex foret extūc iudicandi auctoritate priuatus,quodq; iudices tēporales qui clericis & p̄sonis ecclesiasticis iustitiā denegare p̄sumerēt tertio req̄siti suā iurisdictionē amitterent,prout dicta imperiali, edictali, constitutione plenius continet. Dictusq; Honorius constitutionē ipsam de concilio etiā fratrū sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinaliū q tunc erāt auctoritate apostolica approbans & cōfirmans ipsam mandauit inuiolabiliter obseruari,necnon statuarios & scriptores prædictos excōicatos eadē auctoritate nūciari. Et deinde ad euidentiā diuæ memoriæ Caroli quarti etiā Romanorum imperatoris semp Augusti deducto q̄d nōnulle seculares p̄sonæ in potestatibus & officijs publicis cōstitute,videlicet,duces,marchiones,comites,& alij dñi tēporales,necnō consules,ciuitatū, oppidoꝝ,villaꝝ & locoꝝ rectores in eorundē prouincijs dei timore postpposito statuta singularia & iniquas ordinationes motu proprio,& de facto contra p̄sonas ecclesiasticas & ecclesiarum libertates,& haꝝ priuilegia cōdiderāt,illisq; de facto & publicæ vtebant contra canonicas & legitimas sanctiōes,vtpote q̄ nulla bona tēporalia in vim & potestatē ecclesiasticā trāsferantur, & ne clerici in sacris cōstituti ad agēdum & testificandū in ciuilibus,& maxime in pijs causis aliquatenus admitterētur,q̄d q; excōmunicati laici & publicę denūciati in foro ciuili minime repellerent. Et insup cū p̄dicti dñi tēporales cōsules,& rectores p̄ secularē potestatē res,bona clericorum occuparēt,arrestarēt,& oblationē christifidelibus minuerēt,atq; restringerēt,exactiōes,& tallias indebitas de bonis & redditibus ecclesiaꝝ exigerent & extorquerēt,possessiones ecclesiarum,& p̄sonaꝝ earundē deuastarent incēdijs & rapinis,cōtractus inter clericos & laicos factos legitimos ac libros ciuitatū,castroꝝ,villaꝝ & alioꝝ locoꝝ prædictoꝝ inscribere & sigillare recusarēt,

cusarent, donataq; & legata ad fabricas, & ecclesiarũ structuras cõtra dictorũ & pfatorũ volun
tatẽ, & aliorũ quorũ intererat cõtra iustitiã vsurpare psumerẽt, ac in fraudẽ & odiũ clericorũ
de bonis ecclesiæ, & rebus clericorũ quæ nõ causa negotiatõis, sed pro eorũ propriis vsibus p
eorũ terras & dñia ducebãt, & duci faciebant, teloneũ exigere & recipere nõ verebant, & con
fugentes atq; currẽtes ad ecclesias, & earũ cemiteria inde extrahere cõtra canonicas, & ĩperia
les sanctiones psumpserãt. Idẽ Carolus impator tanq̃ christianissimus princeps volẽs in p̃missis
puidere de remedio salutari, etiã de quorũdã principũ, ducũ, comitũ, baronũ, fideliũq; aliorũ
cõsilio, autoritate imperiali q̃cũq; statuta & cõsuetudines pdictas, tanq̃ per canonicas & ciui-
les sanctiones expresse reprobata cassauit, irritauit, & annullauit, ac cassa & irrita, nullius q; robo
ris esse voluit penitus & momẽti, prẽcipiẽs sub indignatõe banni imperialis vniuersis & sin-
gulis pricipibus, & dñis tẽporalibus, cõsulibus, potestatibus, & ĩ aliis officiis publicis cõstitu-
tis, quatenus extunc ipsorũ statuta & ordinatões, sicut in præiudicium ecclesiasticæ libertatis
edicta fuerãt, oĩa reuocarẽt & de luce tollerẽt. Quodq; secundũ ea nõ iudicarẽt amplius, nec
snias ferrẽt, aut eisdẽ in iudicio, vel extra iudiciũ qũlibet pro & cõtra ecclesiasticã libertatẽ
potirent. Pronuntiauitq; insup, & eadẽ decreuit autoritate, ꝙ quicũq; laicus cuiuscũq; status
gradus, aut cõditõis existeret ausu sacrilego, & propriæ temeritatis audacia sacerdotẽ vel cle-
ricũ secularẽ vel religiosum diffidaret, proscriberet, captiuaret, spoliaret, occideret, mutilaret
aut in carcere detineret, ac hmõi maleficia ppetrãtes & faciẽtes sciẽter receptaret, vel eis fauo-
rẽ pstaret, pter pœnas à sacris canonibus imperialibus & legalibus sanctõibus in tales pmul-
gatas eo ipso redderet infamis, ac omni honore priuatus, nec ad placita vel cõsilia nobiliũ ad-
mitteret quis modo. Hortãs insuper in dño & requirẽs ecclesiasticos prẽlatos in illis partibus
in qbus cõmitterent talia cõstitutos, vt legẽ imperialẽ hmõi per eorũ ecclesias & synodos pu-
blicarẽt, ne trãsgressores hmõi p simulatã ignorãtiã suas in hac parte valeãt malitias excusare
prout in edictali lege pdicta plenius cõtinet. Quia nõ tantũ in prouincijs & regnis q̃ Romanũ
pfiterent imperiũ, sed fere modernis tẽporibus vbiq; in toto christiano orbe neglectis hmõi
Laterañ. cõcilij cõstitutõibus ĩperialibus, ac sacris sanctõibus qbuscũq; ab ipiorũ malitia ad-
uersus ecclesias, & clericos nulla reuerẽtia, nullo dei timore, nulloq; aiarũ interitu pẽsatis eorũ
dẽ temere audacia creuit insolẽter. Igit autoritate dei oĩpotẽtis prædicta oĩa innouat, statuit
& cõfirmat, ppetuisq; futuris tẽporibus ab oĩbus Christi fidelibus vbilibet in oĩbus, & per oĩa
iuxta ipsarũ cõstitutionũ tenores sub bannis alijsq; pœnis & cẽsuris supra in eisdẽ cõprehen-
sis inuiolabiliter obseruãdis. Cæterũ in eodẽ Lateranẽsi cõcilio statutũ & ordinatũ fuit, ꝙ eps
siue ordinarius cũ cõsensu sui cleri ad releuãdas cões vtilitates & necessitates vbi laicorũ nõ sup
petunt facultates absq; vlla coertiõe possit ecclesiasticas personas cõpellere ad aliqua subsidia
laicis cõferẽda prius Romano pontifice cõsulto, & hac sumpta occasiõe laici in q̃pluribus par-
tibus minis, vel terroribus, seu aliqbus alijs modis aut coloribus diuersis ducũt, vt tallias colle-
ctas, subfidia, ĩpositões, vel alia q̃uis onera q̃cũq; vocabulo seu noĩe nũcupent ecclesiis vel cle-
ricis ĩponãt, aut imponi cõsentiant, vel permittãt cũ facultate, interdũ per ipsosmet laicos aut
alios exigẽdi. Ex q̃ cõstitutio Lateranẽ. q̃ ob pietatẽ laicorũ fuit ordinata in ĩpietatẽ & graue
dãnũ & iacturã ecclesiarũ & eceleiasticarũ psonarũ vertit. Ideo dicta sancta synodus hoc ppe
tuo statuit & ordinat, ꝙ nulla persona secularis cuiuscunq; dignitatis aut status & cõditionis
existat, etiã si imperiali, regali, vel quacũq; præfulgeat dignitate sub prætextu cõsensus epis-
pi, & cleri tallias, impositiones, & onera vel subsidia imponat, exigat vel recipiat, nisi prius
Romano pontifice cõsulto sub pœnis, bannis, & censuris eisdẽ. Idẽ per oĩa Romano pontifice
dictas tallias vel collectas imponẽre vel imponi mãdãte consensu episcopi vel cleri non ac-
cedente. Episcopi vero qui contra prædictum concilium Lateraneñ. vel hanc constitutionẽ
imponendo vel imponi consentiendo, vel exigendo consenserint, eis ingressus ecclesiæ ipso
facto sit tam diu interdictus, donec læsis ecclesiis & clericis ac ecclesiasticis personis plenariã
fecerint satisfactionẽ. Prælati quoq; q contra sacrorũ canonũ dispositionem, & contra cõsti-
tutionẽ Bonifacij octaui, q̃ incipit: Vas electionis visitãdo vel charitatiuũ subsidiũ, necnõ tal-
lias & collectas imponẽdo ecclesias & ecclesiasticas personas q̃cũq; modo grauãt, ipso facto
ab omni administratõe tẽporaliũ & spũalium (etiã si ĩ põtificali vel alia dignitate existãt) sint
priuati, alijs qdẽ pœnis in iure expressis in suo robore pmãsuris. Itẽ cõsiderãs ꝙ nonnulli sum
mi pontifices ex captata opportunitate nonnullorũ regum, dominorũ, comitum & aliarum
quarũuis personarũ temporalium, aut ad ipsorũ beniuolentiam captandam, vel alio spũ ducti
concesserunt, & licẽtiã dederunt eisdem tallias, collectas, subsidia, impositões, dacias, pedagia
aut alia q̃uis onera hmõi imponẽdi vel exigẽdi ab ecclesiis clero vel ecclesiasticis psonis eo-
rundẽ dominio vel districtu aut alibi cõstitutis & cõmorantibus, alias ad tẽpus, alias ad certã
summam sub diuersis modis, formis, vel conditionibus in cõfectis literis apostolicis vel alijs

hmōi licentiæ cōprehensis, idcirco oēs & singulas cōcessiones & licētias hmōi, etiā si de plenitudine potestatis Romanorū pōtificū aut apostolicæ sedis q̄uismodo & qbusuis psonis sub quibuscūq; verborū tenoribus cōcessas reuocat, cassat, annullat & irritat. Dictisq; dñis, cōmitibus & alijs vt supra expressis mādat & iubet in virtute sanctæ obediētiæ & sub pœnis, bannis & censuris, necnō in triplū restitutionibus supra expressis quas incurrent ipso facto q; abinde inantea dictis cōcessiōibus licētijs aliq̄ & aliqbus ex ipsis nullomodo p se vel aliū aut alios directe vel indirecte, palā publice vel occulte imponēdo vel exigēdo q̄quomodo vtant, q; nimò priuilegia cōcessiones & scripturas hmōi sup dictis concessionibus & licētijs cōfectas de luce aboleri faciant.

A ¶Item eadem autoritate statuit, ordinat, decernit & declarat q; regna, prouinciæ, comitatus, dominia territoria, ciuitates, districtus, terræ, villa, castra, fortalicia, possessiōes, ædificia, grangiæ & quæuis alia bona, res, iura, iurisdictiones, actiones reales & psonales, spūales & tēporales, ac patronatus & ptinentiæ eorundē & ecclesiarū, cathedraliū, diocœses, q̄ Romanę seu patriarchalibus, metropolitanis, cathedralibus, abbatialibus, & qbusuis alijs collegiatis secularibus vl' regularibus ecclesiis, monasterijs, prioratibus, mēsisq; cathedralibus & abbatialibus, capitulis, collegijs seu cōuentibus, hospitalibus, zenodochijs & qbusuis alijs pijs locis alicui vel aliqbus ex ipsis temeritate vel audacia, dolo, vi, vel fraude qūocūq; & q̄litercūq; per quasuis psonas ecclesiasticas vel laicales, capitula, collegia, dños, comitatus & vniuersitates, etiā si imperiali, regali, cardinalatu, pōtificali vel alia q̄uis ecclesiastica vel laicali p̄eminētia & dignitate p̄fulgerent à tēpore fere Gregorij vndecimi inclusiue citra. Post cuius q̄dem Gregorij decessum schisma pñs prochdolor in dei ecclesia ortū habuit, q̄uis occasiōe seu colore q̄sito fuerint inuasa, occupata, vsurpata, captata seu detēta hmōi ecclesiis, monasterijs, prioratibus, mēsisq; cathedralibus & abbatialibus capitulis, collegijs, seu cōuentibus, hospitalibus, zenodochijs & pijs locis videlicet illi & illis cuius q̄si vel quasi tēpus & in tēpore inuasiōis, occupatōis, vsurpatōis, captōis, seu detētōis hmōi erat & nūc sunt, dūmodo tēpore inuasionis, occupatōis, vsurpatōis, seu detentionis prædictæ vel prius possessio ecclesias, monasteria, prioratus mēsas cathedrales & abbatiales, capitula, cōuentus, hospitalia, zenodochia, & pia loca aut p aliquē vel aliq̄d ex ipsis corā aliq̄ de executoribus siue cōseruatoribus de qbus infra fit mētio probeť infra tēpus quadrimestre à die pbatiōis p̄dicte cōtinue currendū, vel si fama de dicta possessione aut secuta inuasiōe, occupatōe, vsurpatione, captōe seu detentōe hmōi erit in diocœsi ecclesiæ, monasterij, prioratus, mensarū cathedraliū, abbatialiū capituli, collegij, cōuentus, hospitalis, zenodochij vel pij loci hmōi similiter infra simile quadrimestre cōtinuandū à die legitime citatōis, monitōis seu req̄sitiōis p̄sonaliter facte vel si possessoris copia cōmode haberi, aut bene, tute, legitime citari nō possit, tūc & eo casu moneri & regri valeat p dictū in aliq̄ loco diocœsis, vel ipsi diocœsi propinq̄, vbi inuasor, occupator, vsurpator, captor seu detētor habitare cōsueuerat habitādū vacua & expedita plenarie realiter, & cū effectu oñi cessante excusatōe, & exceptōe restituant, reddant, & reintegrētur, ac pacifice dimittant sub pœnis, bannis & cēsuris & sub alijs vt supra, & sub triplicata restitutōe, & sub infamia & occupatōe & iuris amissione supius notatis, q̄s negligētes, inobedientes, trāsgressores, rebelles, & cōtra facientes incurrēt ipso facto, à qbus pœnis & cēsuris, & alijs p̄dictis nō possint absolui nisi prius factis (vt p̄ferť) plenis & integris restitutiōibus. Et nihilominus ex abūdanti cautela ipsa sancta synodus ex certa scientia p̄dicta bona, regna, ciuitates, &c, vt supra, illis qbus erāt (vt præferť) restituit, reddit, & reintegrat p præsentes. Et insuper liceat prælatis capitulis, cōuentibus & rectoribus ecclesiarū, monasteriorū, & locorū hmōi q̄rum talia regna bona, &c. erant & nunc sunt, eorūq; successoribus, aut eorū procuratoribus & syndicis autoritate propria alicuius cōsensu, vel licentia minime req̄sita possessionē illorū intrare capere, aut detinere libere, & impune constitutionibus & priuilegijs apostolicis, & imperialibus, & alijs q̄rumuis personarum nequaquā obstantibus, Rursus qa contractus celebrati, necnō concessiones sup regnis, prouincijs, ciuitatibus, castris, villis & alijs bonis supra expressis vitio nō purgato verisimiliter ad vexationes redimendas facti, vel facte p̄sumerent, ea propter ipsa sancta synodus ex certa scientia omnes & singulas concessiones, donationes, venditiones, alienationes, pignorationes, diuisiones, separationes, dimembrationes, distractiones, extenuationes, permutationes, obligationes, declarationes, reuocatōes, infeudatiōes, reinfeudatōes, pacta, prouisiones, promissiōes, sententias, & alios cōtractus q̄sq; etiā si iuramentis fuerint cōualiditate, & cōualiditati, etiā per viam, aut modū cuiusq; contractus etiam in illis contenta sub quacunq; verborū conceptione appareant post inuasiones, occupationes, vsurpationes, captiones vel detentiones regnorū prouinciarū, ciuitatū, & aliorum alicuius, vel aliquorū bonorū hmōi, & ante eorundem bonorum plenariā restitutionem, deinde pro, & aut sup eisdem alicui, vel aliqbus ex regnis & alijs bonis hmōi, vel ipsorū, aut eorum aliquibus, iuribus iurisdictionibus, actionibus, & pertinentijs realibus & personalibus atq; mixtis spiritualibus, & temporalibus qbuscūq;

qbusuis

quibuſuis dominis, dominijs, comitatibus, vniuerſitatibus, capitulis, collegijs, patriarchalibus, vel alijs eccleſiis qbuſuis, ſiue eorũ menſis, aut alijs perſonis qbuſcunq; eccleſiaſticis, vel laicalibus, etiam ſi imperiali, regali, pontificali, vel alia eccleſiaſtica, & tẽporali p̃fulgeant dignitate q̃uis occaſione à dicto tempore Gregorij incluſiue citra qũocunq; & qualitercunq; factis, & cõceſſis, faciendis, concedendis per Romanos pontifices motu proprio ex certa ſcientia de plenitudine poteſtatis cũ omni defectuũ ſupplemento, ac de & cũ conſenſu, & conſilio ſanctæ Romanæ eccleſiæ cardinaliũ, ſiue per modum, aut viam contractuũ quorũcunq;, vel alias, & quauis autoritate etiã apoſtolica imperiali, regali, legatorũ, nunciorum, aut vicariorũ ſedis apoſtolicæ, ſiue ordinarie, legata vel delegata etiã ſi factum & conceſſum fuerit per illas perſonas, aut de & cum conſenſu illarũ ad quas in talibus de iure, & de conſuetudine facere, concedere & cõſentire, pertinuerit, nullas & nullos nullius q̃ iuris efficacię, firmitatis, roboris, & momenti atq; viribus euacuatas, & eſſe euacuatos fuiſſe, & eſſe decreuit & declarauit. Et nihilominus ex abundanti cautela ipſas & ipſos reuocat, caſſat, abolet, irritat & annullat, ac viribus euacuat, ipſaq; regna & prouincias, ciuitates & alia bona cũ iuribus, & oñibus alijs ſupradictis tenore p̃ntium illis quorum vel quarũ, vt præferẽ, erãt & ſunt, reddit, reſtituit & reintegrat. Statuens q̃q; & præcipiens decernens & declarans ipſa oñia, & ſingula reddenda, reſtituenda & reintegranda qbus vt p̃fertur, erãt & ſunt vacua & expedita plenarie realiter, & cũ effectu omni ceſſante excuſatione infra dictum quadrimeſtre ſub eiſdẽ pœnis, bannis & cenſuris, & alijs quas incurrent ipſo facto, & à qbus non poſſint abſolui, niſi vt ſupra continẽt, alijs tamen iuris remedijs pro p̃dictis executiõi demandandis in ſuo robore pmanſuris. Et nihilominus liceat prælatis, & alijs quorũ talia bona, vt præfertur erant, & ſunt poſſeſſiones intrare, &c. vt ſupra continetur.

¶Item dicta ſancta ſynodus eadẽ autoritate ex certa ſcientia decernit & declarat omnes, & ſingulas conceſſiones, donationes, obligationes, venditiones, extenuationes, pignorationes, diuiſiones, ſeparationes, dimembrationes, diſtractiones, extenuationes, permutationes, obligationes, declaratiões, reuocationes, infeudationes, reinfeudationes, ac cenſuũ fructuũ, ſeu reſponſionum aliorũ q̃cunq; nomine, ſeu vocabulo nuncupent extenuationẽ, extinctionẽ, pacta, promiſſiones, prouiſiões, ſententias, & alios cõtractus quoſcũq;, etiam ſi iuramentis fuerint cõualidate, & conualidati etiã per viam, aut modũ cuiuſcunq; contractus, & in illis contenta ſub quacunq; verborũ conceptione appareãt quibuſuis patriarchis, primatibus, archiepiſcopis, epiſcopis eorũq; eccleſiis cathedralibus ſiue antiquis, ſiue poſt dictũ ſchiſma erectis, aut eorũ menſis, capitulisq;, collegijs, comitatibus, ſeu vniuerſitatibus, & p̃ſonis, etiã iperialis, regalis, reginalis, pontificalis, cardinalatus aut cuiuſuis eccleſiaſticæ vel mũdanæ fuerint, dignitatis p̃eminentie, ſtatus vel cõditionis de in pro aut ſup regnis, prouincijs, comitatibus, dominijs, territorijs, ciuitatib⁹, diſtrictibus, terris, villis, caſtris, fortalicijs, poſſeſſionibus, ædificijs, grãgijs, & qbuſuis alijs bonis rebus ac ptinẽtijs ſuis, iuribus, iuriſdictionibus, & actionibus realibus & p̃ſonalibus atq; mixtis cathedraliũq; eccleſiarũ dioceſibus, ac patronatuũ iuribus & qbuſuis alijs tam ſpũalibus q̃ temporalibus ſine aliq̃ vel aliquibus p̃dictorũ ad Romanã, patriarchales, metropolitanã. cathedrales, abbatiales & quaſuis alias collegiatas & non collegiatas, regulares & ſeculares eccleſias, monaſteria, prioratus, menſasq; ipſarũ eccleſiarũ, capitula ſeu conuentus eorũ aliquos vel aliquas ex ipſis factas & factos p̃ter vel contra diſpoſitionẽ iuris ſcripti à dicto tẽpore Vrbani papæ ſexti incluſiue citra qũocunq; & qualitercunq; vſq; in præſentem diem ſub quibuſuis titulis, iuribus actionibus. cauſis, modis, cõditionibus, viis ſiue formis & quauis occaſione etiam motu p̃prio ex certa ſcientia & de plenitudine poteſtatis, ac cũ ſuppletione omniũ defectuũ, etiam de & cum conſilio, & conſenſu ſanctæ Romanæ eccleſiæ cardinaliũ ſiue p viam aut modum contractuum quorũcunq;, vel alias & autoritate quacũq;, etiam apoſtolica imperiali, regali, reginali, legatorũ nuncioꝝ, aut vicariorum ſedis, apoſtolicæ ſiue ordinaria delegata vel ſubdelegata, vel quacũq; alia, etiam ſi factũ & cõceſſum fuerit per illas perſonas, aut det cum conſenſu illarũ ad quas in talibus de iure & conſuetudine facere, concedere & cõſentire ptinuerit fuiſſe & eſſe ipſo iure nullos & nullas, ac nullius efficacię, roboris & momenti, viribusq; euacuatos & euacuatas, & pinde cẽſeri & haberi ſub & cũ modificatõibus infra ſcriptis ac ſi facti & factę nõ fuiſſent. Cõceſſionesq; donationes, &c. huiuſmodi, & alias quaſuis quæ cum detrimento vel leſione eccleſiarum, monaſteriorũ, menſarũ, capitulorum, conuẽtuum, locorũ ſeu perſonarum alicuius vel aliquarũ, huiuſmodi facte à dicto tempore Vrbani papæ ſexti citra & certa ſcientia, & autoritate prædicta hac edictali cõſtitutione ſub & cum ſupra & infra dictis modificatiõibus reuocat, caſſat, irritat, & annullat. Et nihilominus ad abundantiorem cautelam tollit, & penitus viribus euacuat, dictaq; regna, loca territoria, diſtrictus, iura, iuriſdictiones, &c. ac bona hmõi ad ius & proprietatem eccleſiarũ, monaſteriorũ, locorum, menſarũ, capitulorum, conuentuum, & perſonarũ hmõi ad quæ ſeu quas ſpectabant & nunc ſpectant & pertinent ſub & cum ſupra & infra ſcriptis modifica-

dificationibus restituit, reddit, & reincorporat penitus p p̃ntes, quor̃ omnium possessionem vacuam, liberã, expeditã nihilominus illi q talia bona tenuerint, & tunc tenebãt, debeant, ac etiã teneant infra dictum quadrimestræ à die ꝓbatõis vel citatõis, monitõis, seu req̃sitõis, vt supra fiẽdę libere totaliter & cum effectu vacua & expedita relaxasse, & dimisisse Eccles'ijs mẽ fis, monasterijs, hospitalibus, locis, & alijs p̃sonis hmõi ad quas añ concessiones p̃dictas spectabãt, & ptinebãt, & nunc spectãt, & ptinẽt, seu spectare & ptinere possunt sub pœnis, bannis, & cẽsuris, & alijs vt supra quas incurrẽt ipso facto, & à q̃bus absolui nõ possint, nisi prius satisfecerint & restituerint, vt supra continẽt. Et nihilominus liceat p̃latis, capitulis, conuẽtibus, ac rectoribus Ecclesiar̃, monasterior̃, & alior̃ locor̃ hmõi quor̃ talia bona fuerunt, & nunc sunt, eorum q̃ successoribus & syndicis authoritate ꝓpria alicuius cõsensu vel licẽtia minime req̃sitis, cautõe tñ prius p̃stita, vt inferius denotat̃ possessionẽ illor̃ intrare, capere, & recipere liberè & ipunè nõ obstãtibus cõstitutõibus, priuilegijs sedis apostolicæ eius authoritate concessis, factis, cõcedẽdis & faciẽdis, ac impetratõibus sub quacũq; verbor̃ exp̃ssione & tenoribus cõcessis, & etiã si de ip̃or̃ tenorib⁹ expediret facere mẽtionẽ ꝑ specialẽ de verbo ad verbũ in totũ, vel in partẽ, quor̃ & quar̃ oĩm ipsa sc̃ta synodus hic ꝓ exp̃ssis, lectis & insertis haberi vult & decernit, necnõ p̃scriptõibus, cõsuetudinibus & alijs cõtrarijs, & repugnãtibus, aut q̃uis modo huic cõstitutioni de cætero nequaq̃ obstantibus quibuscunq;.

¶ Prædicta quoq; quæ de declaratõibus ac reuocatõibus hmõi dicta sunt, nõ vendicẽt sibi locum in infeudatõibus, reinfeudatõibus, concessionibus, & locatõibus, q̃busuis ꝑpetuis solitis ante dictum tp̃s Dñi Georgij papæ vndecimi fieri, & dari in feudum reuisendum vicariatum, aut emphitheosim, & regnis, prouincijs, ciuitatibus, terris, castris, villis, locis, territorijs, districtibus, & alijs bonis, seu iuribus hmõi aliquo, vel aliq̃bus eorundem dummodo vtile dominium eorundem per pacifica tenuatam corporalis possessionis ante huiusmodi infeudationem reinfeudationem, concessionẽ non fuerit cum directo dominio incorporatum, & solidatum, ac etiam quod canon, & cẽsus antiquitus ante dictum tempus Dñi Gregorij papæ vndecimi ꝓ illis p̃stari, & dari soliti consueti, seu admitti si q præstabant, debitè p̃soluẽt, nec etiam locũ habeant in venditõibus bonorum quorum iusta precia, apparebunt & ꝓbabunt̃ conuentuum & locor̃ hmõi quorum vt præfert, erant dũtaxat versa esse, in pmutationibus factis verſis in euidẽ. vtilitatem Eccles'iar̃, monasterior̃, & alior̃ huiusmodi, nec locum sibi vendicent in concessionibus p Romanos pontifices ꝓ dotatione in totum, vel in partẽ. Ac ꝓ alia quauis subuentõe aliquar̃ Eccles'iar̃ cathedralium & aliar̃ indigẽ. quarumcũq; ciuitatum factis de aliq̃bus Eccles'ijs inferioribus & bonis ear̃, dummodo huiusmodi ciuitates ab antiquo & ante dictum schisma habuerint famã, titulum & nomẽ ciuitatis, & dummodo etiam hmõi concessa non fuerint alicuius Eccles'iæ cathedralis, sed ab abbatialibus inferior̃ Eccles'iar̃, nec etiam sibi sortient̃ effectum in vẽditõibus, & alijs alienatõibus bonor̃ hospitalium, zenodochior̃ & alior̃ piorum locorũ quorumlibet, quæ hospitalia, zenodochia, & pia loca vt sunt sc̃ta sc̃tor̃ Sancti spũs in Saxia vrbe beatæ Mariæ nouæ de Florẽtia, de scala, de seminis, ac de mia, de paradiso & similia ꝓ sustentatione pauperum, & hospitalitate conseruanda consuerunt ab antiquo bona eorum vẽdere, aut aliter alienare, locare, aut vsumfructum concedere scd̃m eorum statuta seu laudabiles & antiquas consuetudines pacificæ hactenus obseruatas, priuilegijs etiã antiquitus à Ro. pontificibus q̃busuis religiosor̃ originibus bonor̃ & rerum hmõi ĩdultis, ac etiam suis consuetudinibus in talibus ab antiquo obseruatis in suo robore pmansuris, nec etiã in vicariatibus, gubernatibus, & ministratoribus, seu locatõibus, aut feudis ꝓuinciarũ, terrarũ castrorũ, locorũ, seu bonorũ hmõi ad tẽpus nouẽ annorũ, vl'abinde infra dũtaxat duraturis p̃dictis tñ modificatõibus non se p̃dicta inuasa, occupata, vsurpata, capta, seu vt p̃fert detẽta aliqualiter extendẽtibus. Cęterũ decernit p̃fata sc̃ta synodus eadẽ authoritate, q̃ p q̃cunq; ex iustis & rõnabilibus causis ꝓbauerit legitime se de aut sup regnis, ꝓuincijs, ciuitatibus, terris, castris, locis, vel bonis hmõi vel eor̃ aliquo ꝓ p̃cijs p̃solutis vel ex cã depositi, siue mutui, aut alias ex iustis causis recipere debere à Romana seu alijs Eccl'ijs, monasterijs, prioratibus, hospitalibus vel locis ipsis seu eor̃ aliq̃ aut ex p̃latis seu rectoribus eorũdẽ occasiõe dũtaxat eccles'iar̃ hospitalium, seu locor̃ præfator̃ ad quæ ipsa bona ptinuissent vel ptinerẽt aliquas florenorum seu pecuniar̃ summas, aut res alias ac illas versas esse in vtilitatem euidentẽ Eccles'iar̃ seu monasterior̃, aut locor̃ huiusmodi, q̃ facta coram loci ordinario deductione aut defalcatione fructuum aut ꝓuentuum perceptor̃ arbitrio dicti ordinarij loci, siue rer̃ & bonor̃ de q̃bus ageret sup quo ipsius ordinarij conscĩam onerauerit, & onerat non obstãtibus q̃buscũq; conuẽtionibus seu pactis initis vel adiectis etiã authoritate apostolica, vel alia quomodolibet roboratis ac iuramẽto vallatis, maxime quoad ꝓbandũ p̃cia res vel pecunias versa esse in euidentẽ vtilitatẽ, vel quor̃ talia bona fuissent, seu vt fructus in sortẽ computare q̃s minime tenetur,

retur, aut q̃d faceret fructus suos, seu alijs contrarijs & aliter disponeñ. quouismodo ecclesia seu monasteriũ hospitale vel locus huiusmodi residuũ q̃d declaratur ad restituendũ illi q̃ soluisset aut eius hæredibus seu ius vel causam aut titulum suum habẽtibus infra annum ã die talis declarationis continue computandũ, vel ad huiusmodi bona obligata vsq; ad satisfactionẽ, vt infra declaratur ipsis creditoribus restituendum pro dicto residuo declarato eoipso prælatus capitulum conuentus ac rectores talis ecclesiæ, monasterij, hospitalis vel loci cuius vel quorum vt præfertur, ipsa bona erant, sub pœna excõmunicationis sint astricti. Et nihilominus pro securitate creditorũ sup satisfactione hmõi nullus ex prælatis & alijs supradictis possit aut debeat p se aut per aliũ possessionẽ taliũ bonorũ intrare, capere vel retinere, nisi idonea cautione prius per ipsos præstita coram loci ordinario ipsius, vel ipsorũ creditorũ, & huiusmodi ordinario recusante corã loci ordinario debitoris de eo q̃d ab ecclesijs, monasterijs, hospitalibus, vel locis alijs seu personis supradictis ratione declarationis hmõi tenerent habere creditores ipsi infra dictũ annum persoluendo, bona q̃q; talibus vendita, pignorata seu aliter obligata, alienata, vel vt supra concessa illis vsq; ad satisfactionẽ specialiter obligata remaneãt & existant. Si aũt infra dictum annũ satisfactio quãtitatis declarate facta nõ fuerit, vt p̃mittit̃ prẽuijs tribus protestationibus diuersis diebus p creditores seu eorũ procuratores factis præfatis capitulis, conuẽtibus aut rectoribus hmõi sup dicta satisfactione saltẽ infra mẽsem à die prime ꝓtestationis faciẽda. Tũc lapso dicto mense liceat hmõi creditoribus, aut hæredibus ius, vel causam, seu titulũ habentibus ab illis, per se, vel procuratores suos autoritate propria possessionẽ bonorũ hmõi intrare, capere, ac illa tenere & possidere, fructus q̃ & emolumenta ex illis percipere. Deducendo tñ de sorte ipsius debiti q̃usq; eisdem fuerit de quantitate hmõi debiti, vt præferẽ, declarata integraliter satisfactũ, ita tñ prouiso circa præmissa, & q̃dlibet prædictorũ q̃ pro debito Romanæ, vel alterius cathedralis, vel inferioris ecclesiæ hospitalis, aut pij loci prẽlatus, rector siue alia persona hmõi, nisi solũ pro sua ecclesia hospitali, & pro loco in cuius euidentẽ vtilitatem dũtaxat probabiliter, vt præferẽ preciũ, & valorẽ versum esse fideiubere, vel alias cautionem de debitis declaratis, vel aliàs minime prẽstare teneat, nec hmõi bona pro alijs debitis q̃quomodo remaneãt obligata nec etiã de se ipsis restitutio & reintegratio, vt supra est declaratũ q̃uismodo valeat, nec debeat retardari. Cæterũ q̃a lex salubris præteritis intendit, & futuris casibus prouidere, decernit ipsa sancta synod⁹ eadẽ autoritate q̃ de cætero præmissis, & infrascriptis nulla feudatio, locatio, donatio, venditio, p̃mutatio, pignoratio, obligatio, siue q̃uis alienatio, aut declaratio de aut sup regnis, p̃uincijs, ciuitatibus, terris, castris, locis, iuribus, ac iurisdictiõibus, seu bonis prædictis, aut aliquo eorũdem autoritatibus hmõi, seu eaꝝ aliq̃, vel alias sine expressa deliberatõe concilij gñalis, vel saltem p̃uincialis, cũ euidenti tñ vtilitatẽ ecclesiæ, & pij loci hmõi fieri possit, vel debeat q̃uis calore quæsito, seu iam facta conformari, extendi, vel prorogari, aut de nouo concedi q̃uismodo. Saluo q̃ locationes vsq; ad prædictũ tempus nouem annorũ, vel abinde infra, & non vltra tam apostolica q̃ ordinaria autoritate valeãt celebrari cũ dicta præstatione tamen census soliti siue rationabilis. Ita tñ q̃ fiant cum euidenti vtilitate huiusmodi tam p Romanũ pontificem q̃ p prælatos & rectores secundũ iuris scripti formã etiam infeudationes emphiteoticę q̃ concessiones, occupatões, & reuocationes de bonis feudalibus, ac amphiteoticis ante dictũ tempus Gregorij. vndecimi infeudari solitis ad ecclesias, monasteria, hospitalia, vel pia loca hmõi q̃modolibet deuolutis & deuoluendis inposterũ cũ modificationibus infrascriptis pro censu, & canone solitis, aut adauctis ante p̃fatũ tẽpus Gregorij vndecimi & nõ de alijs, aut aliter vllo modo possint etiã fieri cõfessiones vicariatuũ, gubernationũ & administrationũ, regnorũ, prouinciarũ, ciuitatum, terrarũ, castrorũ, locorũ præfatæ ecclesiæ Romanæ quę ante hmõi tempus concedi in vicariatu, seu administratõe p Romanam ecclesiam consueuerunt p Romanos pontifices ad tempora nouem annorũ, & abinde infra, & non vltra, cum responsionibus canonibus, & censibus consuetis melioratis, sed adauctis ante tempus præfatũ, hoc addito declarato, ac reseruato q̃ vicarijs non soluentibus eidẽ Romanæ ecclesiæ censum & canonẽ debitũ in terminis appositis, vel saltẽ infra mensem post lapsum terminũ, eoipso absq; aliqua declaratiõe ad censum, & canonẽ duplicatos p̃solueñdos p̃fatæ Romanæ ecclesiæ teneant, ac astricti sint. Et si primũ & duplicatũ censum, seu canonem p̃dictos infra aliũ mensem sequentẽ non soluerint, ipso facto sentẽtias, banna & pœnas hmõi incurrẽt. Si aũt infra semestre à lapsu primi termini p̃fati solutionẽ huiusmodi non fecerint de censu & canone, vt præfertur, ipso iure cadant ab oñi possessione vicariatus, gubernationis & administrationis hmõi, & concessa ad liberam ordinationẽ Romani pontificis, & Romanæ ecclesiæ præfatæ deuoluantur, & deuoluta ipso facto intelligantur esse, & sint cũ oñi re rum integritate & causa. Et illud idẽ intelligat seruari & fiat in & de vicarijs gubernatiõibus, & administrationibus prouinciarũ, ciuitatum, terrarum, castrorũ, & locorum aliorum quorumuis ecclesiarũ, monasteriorum hospitalium, & locorum aliorũ prædictorum, & cuiuslibet eorundẽ.

Præmissa

Præmissa quoq; etiam extendantur ad solutionem feudorum, bonorum emphiteoticorum, & aliorum locatorum responsiones quouis titulo, tam ad Romanam quàm ad alias Ecclesias, monasteria, & loca alia suprascripta communiter, vel diuisim, prout de censibus, & canonibus Vicariatuum prædictorum superius continetur. Districtius nihilominus inhibens, ne qua prorogatio, seu noua concessio vicariatuum gubernationum, seu administrationum huiusmodi de regnis, prouincijs, ciuitatibus, terris, castris, & locis dictæ Romanæ Ecclesiæ fieri possit, aut debeat nisi de Concilio, & assensu Romanorum Pontificum, & dominorum collegij sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium eorum scrutatis votis, vel saltem per duas partes dicti collegij in concordia, & non nisi pro euidenti causa, statu & honore Ecclesiæ præfatæ. Ita tamen q̃ debeant ipsi Cardinales in literis Apostolicis, vel contractibus de superfactis vna cum Romano pontifice proprijs manibus se subscribere ad instar antiquorum priuilegiorum Apostolicorũ in perpetuum. Et aliter secus, seu alio modo in præmissis, & infrascriptis omnibus, & contentis in presenti capitulo, vel circa ea facta, seu declarata etiam motu proprio, & de cardinalium consilio, seu consensu, seu alias & Apostolica, vel quauis alia authoritate non teneant ipso iure, & nullum ius contrahentibus, vel recipiẽtibus aliter acquiratur. Et nihilominus vicarij ipsi gubernatores, & administratores, & alij recipientes quouis nomine nuncupentur, vel titulo, vel modo, etiam si sponte concederentur, vel alias contrarium facientes, ipsos processus, banna, sententias, & pœnas ipso facto se nouerint incurrisse. Concessionibus, constitutionibus, priuilegijs Apostolicis, ac alijs quarumcunq; personarum, necnon consuetudinibus, & alijs q̃busuis in contrarium facientibus nequaquàm obstantibus. Hoc sanè intellecto quod modificationes ipsæ suprascriptæ, & ipsarum aliqua alijs qui tenent, & tenuerunt regna, prouincias, ciuitates, terras, castra, siue alia bona, vt in alio infrascripto capitulo continetur, scilicet inuasa, occupata, capta, seu (vt præfertur) detenta non valeant in aliquo suffragari, quinimò ad pleniariæ restituendum, reddendum, & ad alia faciendum, (vt in eodem capitulo continetur) protinus sint astricti.

¶Ex eodem Concilio Constã. quando soluenda sit, siue deneganda decima.

A CVm Paterna pietas filijs hominum prouidere debeat, licet in casu necessitatis vrgẽtis valeat vicissitudo laudabilis, declarat sancta Synodus non licere Romano Pontifici indictiones, siue exactiones quascunq; super Ecclesiam, vel ecclesiasticas personas imponere per modum decimæ, vel alio quouis modo. Si vero cum necessitas acciderit papæ qua esset eidem debite subueniendum, vocato generali Concilio secundum q̃ expediens videbit, & vtile secundum decretum Concilij prouideatur eidem.

FINIS.

NVNC PLENAM ET OPTIMIS CHARACTERIBVS IMPRESSAM habes lector studiose summam octo cõciliorum generalium, Grecorum & Latinorum, cum plerisque actis synodalibus. Adiunctis plurimis Pontificum sanctionibus, vt copiose annotatum in exordio totius operis luce clarius videbis. Ita etiam exacte atq; adamussim, hæc simul tenebis omnia, vt nihil tibi in toto hoc volumine occurrere possit, quod non ex omni parte beatum fit ac planè Christianis omnibus suscipiendum. Gaude igitur & lætare lector candidissime, qui nunc modico ære, grandia tibi comparare potes, quibus sacrosancta Romana Ecclesia & boni deniq; omnes, ad immortalem Dei gloriam perpetuo conseruant.

Coloniæ ex officina literaria honesti ciuis Petri Quentell. Anno à natiuitate Domini M. D. XXX. mense Martio.